1755

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
23 L
M 4

2.E.1.

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

DE FALSA RELIGIONE
SEU
DIVINARUM INSTITUTIONUM ADVERSUS GENTES
L. CÆLII LACTANTII FIRMIANI
LIBER I.

RECENSUIT, VARIANTIBUS LECTIONIBUS, ANNOTATIONIBUS, CASTIGATIONIBUS, AC DISSERTATIONIBUS ILLUSTRAVIT

F. EDUARDUS A S. XAVERIO C. E.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMÆ, cIↄ. Iↄcc. LV.
EX TYPOGRAPHIA ANGELI ROTILII
IN ÆDIBUS DE MAXIMIS

SUPERIORUM PERMISSU.

SOC. IESU BIBL. SEC. COLL. ROM.

Digitized by Google

Emo, ac Rmo Principi

DOMINICO
CARDINALI
URSINO

UTRIUSQUE SICILIÆ, AC FIRMANÆ URBIS PRÆSTANTISSIMO PATRONO

F. EDUARDUS A S. XAVERIO C. E. SALUTEM PLURIMAM DICIT.

QUod TUO nunc inſcriptum nomini, PrincepsEminentiſs., in publicam lucem prodere iterum nova forma incipiat, illud idem opus, quod IV. ineunte Eccleſiæ Sæculo M. Conſtantini Imperatoris auſpi-

Digitized by Google

auſpicio Lactantius Firmianus ſe inchoaſſe profitetur, neminem mirari poſſe arbitror, aut quare id factum velim, ignorare, quum ſatis nota, atque manifeſta ſit, & Conſtantini erga Lactantium, & TUI erga illius patriam ſingularis, ac vere paterna, ſummo cum amore conjuncta incredibilis beneficentia. Quemadmodum enim Princeps ille invictiſſimus ad Romani Imperii culmen evectus inter domeſticos ſuos extorrem Firmianum clementiſſime recepit, ſic, TU, Princeps Eminentiſſime, in Purpuratorum S. R. E. Patrum ordinem jure, meritoque aſcitus,

tus , Firmanam Civitatem in TUAM clientelam humaniſſime ſuſcepiſti. Quamobrem, ſicuti Lactantius ipſe cruentiſſimis Diocletianeæ perſecutionis temporibus, piiſſimi Imperatoris patrocinio tectus, diſputationes ſuas adverſus Gentes tuto, & ſine metu elucubrare potuit, ita nunc, eo in patriam ſuam, ope noſtra reduci, hæc Cive ſuo placide frui, ac ſedate gloriari poterit, ſi in tutelam, conſervationemque illius firma conſenſione conſpires, Tuaque authoritate, etiam hac in re, ut in cæteris omnibus, commune eſſe volueris præſidium, atque tutamentum.

Verum non eſt apud me dubium, Urſinorum Familiæ decus, & proavorum una imitator egregie, poſterorumque exemplar optime, ſator æque, ac inſtitutor, quin id præſtare velis, quod me jam vehementer exoptare noſcis, ac enixe deprecatum iri, deprehendis. Tua ſiquidem perſpicaciſſimæ mentis acies jam momenta omnia accurato, diligentique judicio expendit, probavitque, quibus & contradicentium fundamenta ſubverti, & bona pro tanto nobis Cive vindicando inconcuſſa jura protuleram: Quare pati minime Te poſſe credam eo nos decore

ini-

Digitized by Google

inique ab aliquo expoliari, Firmianumque noſtrum iterum in barbaras Afrorum terras exulatum expelli. Etenim graviſſimo Tuo, atque æquiſſimo hujuſcemodi judicio illa, veluti comes indivulſa accedet veneranda omnibus authoritas, quæ & a generis nobilitate deſcendit, cognatione, ac affinitate Summis Regibus, Romanis Pontificibus, Viris in Cælitum album relatis, conjunctiſſimi, & ab ea derivat, qua ubique terrarum fulges, eminentiſſima dignitate, quam juvenis adhuc ætate annorum xxiv. (quot quidem numero Majores Tui in eodem Te præclariſſi-

riſſimo ordine præceſſerant) promeruiſti, poſtquam ſpectatiſſimæ Uxori Tuæ ſuperſtes, prole, jam utroque digna parente, ſuſcepta, ad maximum Sacroſanctæ purpuræ decus virtutes ipſæ tuæ, quas in Ducali poteſtate ſocias adoptaveras, Te, nihil tale cogitantem, regio comitatu, ceu in triumphum partæ in adoleſcentia adverſus vitia victoriæ, perduxerunt, illud, tamquam præeuntibus præconibus, alta voce clamantes: Te nimirum diverſis tantopere muneribus ſemper parem fuiſſe non ſolum, ſemperque futurum, ſed utriuſque poteſtatis moribus

bus ad omnia honeſtatis officia cum natura, tum diſciplina ab incunabilis fuiſſe compoſitum.

Ad voluntatem propterea tuam nunc meus eſſet ſermo convertendus, ut eam præcibus, ſuaſionibus, ac quibuſcunque poſſem verborum rivulis, areſcente flumine, ad partes noſtras ſuaviter, efficaciterque pertraherem. At non mihi opus eſt aliquo artificio uti, ubi veritas ipſa, ac cauſſæ ratio, quibus unice, ut judicem decet, auſcultas, tuum jamdudum animum præoccuparunt. Quinimo de voluntate erga Firmanos Tua non minus, quam de noſtra certi ſumus, quum & in

no-

nobiliſſima gente Tua ſemper avita, ac veluti hæreditaria fuerit in Firmo-picenos bene volentia, quibus ſæpe ex ea eximii virtute, ac prudentia Viri præfuerunt, & potiſſimum quia peculiaris amoris erga nos Tui plurima in dies, ac ſæpenumero indubia præbere argumenta perſeveras, nec umquam opera defuturam conſtanter, firmiſſimeque confidimus. Quemadmodum enim nemo inter nos eſt, quem non in tui obſequium, venerationemque pertraxerit benigna illa affabilitas Tua, qua demerendis hominibus natus eſſe, videris; ita ſinguli Te jam

unum

unum ex nobis exiſtimamus,cui civitas noſtra ita curæ ſit, tamquam ſi de clariſſima patria Tua ageretur.

Potius ergo mihi gaudendum, Lactantioque meo gratulandum cenſeo, quoniam Te prius æquiſſimum judicem, validiſſimum deinde Patronum, demum amantiſſimum Patriæ Patrem nacti ſumus. Ideoque Deum O.M., cujus beneficentia hocce beneficio frui, tributum eſt, adorans, Te ut nobis diu ſoſpitem ſervet, virtutibus augeat, meritorum cumulo compleat, beatiſſimumque reddat, ſupplex oro, atque nunquam ex animo deprecari deſiſtam.

Fr.

J. ✠ M.

FR. RAYNALDUS MARIA A S. JOSEPH
Præpoſitus Generalis Carmelitarum Diſcalceatorum Congregationis S. Eliæ Ordinis Bmæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, ac ejuſdem Sacri Montis Prior.

TEnore præſentium facultatem impertimur Reverendo Patri Eduardo a Sancto Franciſco Xaverio Sacerdoti Profeſſo Provinciæ Noſtræ Romanæ imprimendi Opera omnia Lactantii Firmiani cum notis, & Diſſertationibus ſuis a duobus e noſtris Theologis, recognitis. Datum Romæ in Conventu noſtro SS. Thereſiæ, & Joannis a Cruce pridie Kalendas Decembris 1753.

Fr. Raynaldus Maria a S. Joſeph
Præpoſitus Generalis.
Fr. Pius a S. Dominico Secretarius.

AP-

APPROBATIO OPERIS.

DIvinarum Inſtitutionum Libros ſeptem a Caelio Lactantio Firmiano acri judicio conceptos, ſtyloque eleganti exaratos, atque unico volumine comprehenſos, poſt tot editiones ab aliis exornatos, modo in lucem publicam profert Admodum Rev. Pater Eduardus a S. Xaverio Carmelitici Ordinis Diſcalceati Alumnus, quondam Sacræ Theologiæ Prælector, atque inter Supremæ Sac. Inquiſitionis Cenſores adſcitus, notis auctos eruditione multa cum Sacra, tum profana refertos, ac in ſeptem tomos diſtinctos: quos Jubente Reverendiſſimo Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro Patre Joſepho Auguſtino Orſi Ordinis Prædicatorum, magno animi mei oblectamento a capite ad calcem uſque ſedulò luſtravi, attentèque inſpexi, nihilque, quoad eruditum Editorem attinet, invenire potui, quod Fidei adverſetur Catholicæ, boniſque moribus ſit contrarium, ac in Summos Principes injurium. Ubi ſe offert occaſio clariſſimus Author Veræ Fidei inconcuſſa dogmata, atque Sanctæ Eccleſiæ vetuſtos ritus vindicat, ac tuetur, a deliriis, & impoſturis Eterodoxorum, quos ſic impiè obloquentes charitativè admonet, ac blande adhortatur, ut relicta via, quæ ducit ad Tartara, eam ineant, quæ iter pandit ad gloriam. Imo ſi in Textu La-

Lactantiano aliquid offendit, quod ad juſtam Fidei regulam non ſit exactum, vel a Fide ipſa exorbitet, fatetur aperte, aſſeritque, Lactantium in Millenariorum errorem prolapſum, eumdemque erraſſe in libro in ſcripto *de Vita beata*, ubi loquitur de Elia, nulla prorſus mentione facta de Enoch contra librum Apocalypſeos. Quod in aliis approbationibus librorum a noſtro Authore editorum abſque ulla aſſentationis umbra me dixiſſe, memini, idipſum repetere, ac confirmare in hacce præſenti jure debebam. Sic ſentiebam ex Aedibus S. Patris Franciſci ad Ripas Tyberis octavo Kalendas Septembris anno reparatæ ſalutis ſeptingenteſimo quinquageſimo quarto ſupra milleſimum.

F. Franciſcus Antonius a Colle-Longo Ordinis Minorum Strictioris Obſervantiæ S. P. Franciſci Sac. Theologiæ Lector emeritus, ac Sacrorum Rituum Congregationis Conſultor.

AP-

APPROBATIO OPERIS.

QUod auctoritate Sac. Palatii Apoſtolici Magiſtri, injunctum mihi fuerat, perfeci, maxima, qua potui, ſcilicet, diligentia perlegens, Commentaria, & Diſſertationes, quæ in ſingula Lactantii Firmiani opera elaboravit vir eruditione præſtans Pater Eduardus Franceſchini a S. Franciſco Xaverio excalceatus Carmelita. In his, magna animi voluptate, ingenii acumen, doctrinæ robur, ſcribendi elegantiam, argumentorum vim, & copiam, atque facundiam inſpexi; neque quidpiam, ullibi, obſervare mihi licuit, quod Catholicæ Fidei, honeſtiſque moribus repugnaret: quare ſi, publici juris fiant arbitror plurimam inde, legentibus utilitatem provenire poſſe. Romæ ex Monaſterio S. Agnetis extra Muros Urbis die xv. Aprilis anni 1754.

D. Thomas Rita Præſes, & L. Emeritus.

AP-

APPROBATIO OPERIS.

ERuditione, Doctrina, Methodo, Diligentia, cæteriſque Dotibus, quæ Authorum ſcripta commendant, abunde coruſcant Commentaria, & Diſſertationes, quæ in omnia Lactantii Firmiani Opera Vir Cl. P. Eduardus Franceſchini a S. Franciſco Xaverio elucubravit, & non vulgari cum ſui Nominis Gloria editurus eſt. Quapropter quum jubente Reverendiſſimo P. Mag. Sac. Pal. Apoſt. Opus integrum attente perlegerim, & nihil in eis, quod Fidei Dogmatibus, aut morum integritati adverſetur, invenerim, Typis vulganda cenſeo. Romæ ipſis Kal. April. Anni 1754.

Michael Joſeph Morei Arcadiæ
Cuſtos Generalis.

IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. M. de Rubeis Patriar. Conſtantinop. Viceſgerens.

IMPRIMATUR.

Fr. Vincentius Elena Magiſter Socius Reverendiſſimi Patris Sacri Palatii Apoſtolici Mag. Ord. Prædic.

L. CÆLII LACTANTII FIRMIANI

Divinarum inſtitutionum adverſus gentes LIBER PRIMUS.

DE FALSA RELIGIONE.

CAPUT I.

1.

MAgno, & excellenti ingenio viri [a] quum ſe doctrinæ penitus dediſſent [b], quicquid laboris poterat impendi, contemptis omnibus, & publicis, & privatis actionibus, ad inquirendæ veritatis ſtudium contulerunt: exiſtimantes multo eſſe præclarius, humanarum divinarumque rerum

 inve-

a *Magno, & excellenti ingenio viri* - Deeſt hocce caput in omnium vetuſtiſſimo Bononienſi S. Salvatoris Codice Ms., ſicuti etiam in Palatino Vaticano, qui eſt cæteris omnibus Romanis antiquior.

Pe-

inveſtigare, ac ſcire rationem, quam aut ſtruendis opibus c, aut cumuladis honoribus inhærere.

---

b *Penitus dediſſent* - Al. *penitius* - Al. *dedidiſſent*. Quam lectionem retinuit Bunem. ex impreſſis antiquioribus, ex Cicer. L. i. *Offic.* xxi., ex L. iii. *de Orat.* c. xv., & ex eodem Lactantio L. vii. cap. v. Seg. 24 Ego vero Mss., & typis editos quamplurimos ſequor cum Iſæo, & Walchio; non reprobata tamen aliorum lectione.

c *Quam aut ſtruendis opibus* - Heumannus in Appendice II. *ad Sympoſ.* Non dubitanter, inquit, ſcribo *acervandis opibus*. In notis vero nobiſcum legit Hirtii authoritate fretus. Bunem. ex Cicer. Livio, Horatio, Petronio phraſim optimam eſſe *opes ſtruere confirmat*. Aliqui habent *in ſtruendis* &c.

2.

Quibus rebus, quoniam fragiles a, terrenæque ſunt, & ad ſolius corporis pertinent cultum, nemo melior, nemo juſtior fieri poteſt b.

---

a *Quoniam fragiles* Al. *quia fragiles*.

b *Nemo juſtior fieri poteſt* Al. *effici*.

3.

Erant illi quidem veritatis cognitione digniſſimi, quam ſcire tantopere cupiverunt,

runt , [a] atque ita , [b] ut eam rebus omnibus anteponerent .

a *Tantopere cupiverunt* . Al. *cupierunt* . Præfero quod in pluribus , & melioribus repperi .
b *Atque ita* . Deſunt hæc in nonullis .

4.

Nam & abjeciſſe quoſdam [a] res familiares ſuas & renunciaſſe univerſis voluptatibus conſtat : ut ſolam , nudamque veritatem [b] nudi , expeditique ſequerentur : tantumque apud eos virtutis nomen , [c] & authoritas valuit : ut in ipſa ſummi boni præmium eſſe judicarent . [d]

a *Nam & abjeciſſe quoſdam* . Plurimi inter Ethnicos Philoſophos hoc feciſſe dicuntur . De Ariſtippo Cyrenaico Auſonius Idyl. iii. ℣. 13.
Spargit Ariſtippus mediis in Syrtibus aurum ,
Cui Horat. præiverat L. II. Serm. Satyra III. ℣. 100.
. . . . Quid ſimile iſti
Græcus Ariſtippus , qui ſervos projicere aurum
In media juſſit Lybia : quia tardius irent
Propter onus ſegnes .
De Democrito Abderite idem affirmat Valer. Max. L. viii. cap. vii. Idem etiam de Biante Prienenſi ferme dici poſſet ex eodem L. vii. cap. ii. De Anaxagora vide apud Laertium L. ii. Sect. 6. Item de Cratete Thebano apud eundem L. vi. Sect. 87. Quamquam non omnes id eodem animo , ac propter eundem finem feciſſe certum eſt . Vide infra L. iii. cap. xiii.

xiii. Seg. 6. cap. xxi. Seg. 1. cap. xxiii. Seg. 5. L. vi. cap. xii. Seg. 20. Diſſ. xxviii. cap. iii. §. 1.

b *Ut ſolam , nudamque veritatem* Al. *virtutem* Noſtram lectionem ea probant , quæ ſegmento ſuperiori dixerat Lactantius: *erant illi quidem veritatis cognitione digniſſimi* &c. Adde quæ mox ſequuntur . Schottus nobiſcum legit ex Cod. Cæſaraug.

c *Tantumque apud eos veritatis nomen* Al. *virtutis* Herillus Carthaginenſis in ſcientia poſuit ſummi boni rationem , ut refert Laertius lib. vii. ſeg. 165., & confirmat Cicero L. ii. *de Finibus*, & ibidem L. v. Item L. iv. *Academ. quæſt.* & in Lucullo . Vide infra L. iii. cap. vii. ſeg. 8. Schottus noſtram lectionem probat .

d *Summi boni præmium judicarent* Al. *omne ſummi boni prædicarent* Al. *præmium prædicarent* .

5.

Sed neque adepti ſunt id,quod volebant, & operam ſimul , atque induſtriam perdiderunt : quia veritas , id eſt arcanum ſummi Dei , [a] qui fecit omnia , ingenio , ac propriis non poteſt ſenſibus comprehendi. [b] Alioqui nihil inter Deum , hominemque diſtaret : ſi conſilia , & diſpoſitiones illius [c] majeſtatis æternæ cognitio aſſequeretur humana .

Quod

a *Quia veritas , id eſt , arcanum ſummi Dei* Intellige Myſteria veræ Religionis .

b *Propriis non poteſt ſenſibus comprehendi* Vide infra lib. iii. cap. i. ſeg. 6., & lib. vii. cap. ii. ſeg. 8. ſeq. Diſſ. xxiii. cap. i. ix.

Et

c *Et diſpoſitiones illius*. Eraſmus in Ciceroniano Authorem noſtrum notat, quod pro *decretis*, *diſpoſitiones* dixerit. Eum tamen ex Tertulliano vindicare ſatagit Bunem. ad lib. ii. cap. xvii. Al. xvi. ſeg. 14. & ad lib. vii. cap. v. ſeg. 8. Sed melius ex Sypontino, aliiſque; quos ibidem nos recenſemus, id a nobis præſtitum eſſe cognoſces.

6.

Quod quia fieri non potuit, [a] ut homini per ſeipſum ratio divina innoteſceret: [b] non eſt paſſus [c] hominem Deus lumen ſapientiæ requirentem, diutius oberrare, ac ſine ullo laboris effectu [d] vagari per tenebras inextricabiles: [e] aperuit oculos ejus [f] aliquando, & notionem veritatis munus ſuum fecit: [g] ut & humanam ſapientiam nullam eſſe monſtraret, [h] & erranti, ac vago viam conſequendæ immortalitatis oſtenderet.

A 3 Ve-

a *Quod quia fieri non potuit*. Notat Bunem. ex Ms. Lipſ. ad oram Thomaſ. *quod ſi non potuit* ſubaudi *fieri* &c. ut lib. vi. cap. x. ſeg. 19.

b *Ratio divina innoteſceret*. Al. *noteſceret*. Et ſi homo Dei exiſtentiam ignorare invincibiliter nequit; determinationem tamen divinæ voluntatis per ſe ipſum percipere nequit. Eam determinationem heic Lactantius divinam rationem appellat. Vide Diſſ. xxvii. cap. i. ſ. viii.

c *Non eſt paſſus... diutius oberrare*. Petronius Satyric. cap. iii. *Non eſt paſſus Agamemnon me diutius decla-*

declamare. Cicero in Piſon. cap. xii. *Neque eſt paſſus diutius...morari.* Pro *oberrare* alii legunt *aberrare.*

d *Ac ſine ullo laboris effectu* - Sic omnes legunt, etiam Heumannus, quamquam *in Appen. II. ad Sympoſ.* pag. 243. dixerit *Reſcribere auſim - ſine ullo laboris fructu*. Seneca *de Tranquill.* cap. xi. *Labor irritus ſine effectu*.

e *Inextricabiles* Walchio non adeo frequens, inquit uſurpatur a ſcriptoribus proſæ, & purioris orationis vox iſta, quamvis ea uſus ſit Virgilius, & Plinius.

f *Aperuit oculos ejus* - Hac eadem phraſi utitur Scriptura Sacra, quum de Protoparentibus noſtris poſt peccatum dicit Geneſ. III. ℣. 7. *& aperti ſunt oculi amborum*. Non quia antea cæci eſſent, ut Rabbinorum quidam dixere, ſed quia tunc ea intellexerunt, quæ antea ignorabant. Sic Agar puteum, quem non viderat, tunc novit, quum oculos ejus aperuiſſe dicitur Deus Geneſ. XXI. ℣. 19. Sic pariter de duobus diſcipulis Domini euntibus in Emmaus, quibus ſe Jeſus comitem prius ignotum, deinde cognitum fecit, Luc. xxiv. ℣. 31. habetur. *Aperti ſunt oculi eorum, & cognoverunt eum.*

g *Et notionem veritatis munus ſuum fecit* - *Ipſi ſoli*, de Deo inquit Lact. lib. iii. cap. iii. ſeg. 16. *veritas nota eſt*. Et iccirco ipſius munus recte dicitur, quod notionem ejus nobis tradiderit.

h *Et humanam ſapientiam nullam eſſe monſtraret.* I. E: Quaſi non eſſet, quia nequit nobis conſilia Dei patefacere. Walchius expoſuit, *nullam* id eſt, *nullius pretii, ſeu emolumenti*: quod minime veritati congruit, quia apud homines ſuo non caret pretio, ut in ethnicis Philoſophis accidiſſe, notum eſt.

7.

Verum quoniam pauci utuntur hoc cæ-

leſti beneficio, ac munere: quod obvoluta in obſcuro veritas latet, [a] eaque vel contemptui doctis eſt, quia idoneis aſſertoribus eget, [b] vel odio indoctis, ob inſitam ſibi auſteritatem, quam natura hominum proclivis in vitia [c] pati non poteſt (nam quia virtutibus amaritudo permiſta eſt, vitia vero voluptate condita ſunt: illa offenſi, ac deliniti feruntur in præceps, ac bonorum ſpecie falſi [d], mala pro bonis amplectuntur) ſuccurrendum eſſe his erroribus credidi: ut & docti ad veram ſapientiam dirigantur, & indocti ad veram religionem.

a *Quod obvoluta in obſcuro veritas latet*. Quod etiam ethnicorum Philoſophi profeſſi ſunt, quamvis id non recte explicaverint, ut oſtendit Noſter L. iii. cap. xxviii. a ſeg. 12.

b *Quia idoneis aſſertoribus eget* Al. *aſſertionibus*. De hoc eodem argumento ſæpe Lactantius egit, variaſque rationes reddidit lib. iv. c. xxx. a ſeg. 7. L. v. cap. 1. a ſeg. 21. L. vi. c. xxi. a ſeg. 4.

c *Natura hominis proclivis in vitia*. Scilicet propter peccatum originis. Confer L. iii. cap. viii. ſeg. 22. & cap. xvii. ſeg. 2. L. iv. cap. xxiv. ſeg. 11.

d *Falſi* I. e. *decepti* a *fallor*. Plaut. Trucul. iv. 3. 11. *Mihi etiamnum quid ſit negotj, falſus, incertuſque ſum*. Idem Menæch. ℣. 2. 3.

Sed id quam facile ſit mihi, haud ſum falſus

Adde Terent. Andr. IV. 1. 23.

8.

Quæ profeſſio multo melior, utilior, glo-

gloriosior putanda eſt, quam illa Oratoria: in qua [a] diu verſati, non ad virtutem, ſed plane ad argutam malitiam [b] juvenes erudiebamus. [c] Multo quippe nunc [d] rectius de præceptis cæleſtibus diſſeremus: quibus ad cultum veræ Majeſtatis mentes hominum inſtituere [e] poſſimus.

---

a *Quam illa Oratoria, in qua* &c. Hanc artem *de Opif. Dei* cap. xx. Al. xxi. ſeg. 5. *fallacem, captioſamque facundiam* Author noſter appellat, utpote quæ in utramque partem apte ad perſuadendum dicere docet. Vide lib. iii. cap. xiii. ſeg. 12., & L. v. cap. ii. ſeg. 2.

b *Ad argutam malitiam* Walchius prave *militiam*: ubi hanc notam addit. Reſpicit Author noſter ad eloquentiam Sophiſtarum, de qua Cl. Kriegkius &c. Sed fallitur, nam non de ſophiſtica, ſed de Rhetorica heic proprie Lactantius loquitur. Vide Diſſ. xxiii. cap. i. §. iv.

c *Juvenes erudiebamus*. Nempe in Bithynia, ubi a Diocletiano accitus oratorias literas docuit lib. v. cap. 11. 2.

d *Multo quippe nunc* Schotti *multoque*.

e *Inſtituere* Al. *Inſtruere*. Ad librorum titulum ſi reſpicias, nobiſcum legendum eſſe cognoſces.

9.

Nec tam de rebus humanis bene meretur, qui ſcientiam bene dicendi affert, quam qui pie, atque innocenter docet vivere. Iccirco majore in gloria philoſophi, quam oratores

tores fuerunt apud Græcos. [a] Illi enim recte vivendi [b] doctores ſunt exiſtimati, quod eſt longe præſtabilius: [c] quoniam bene dicere ad paucos pertinet: bene autem vivere ad omnes.

a *Majore in gloria Philoſophi, quam Oratores fuerunt apud Græcos*. Plutarchus *De Liberis Educand.* huc reſpiciens ait: *Reliquorum ſtudiorum quaſi Caput, & ſumma, conſtituenda eſt Philoſophia*. Sed illa, quæ animi ægritudinibus, atque motibus medetur. Quamquam re vera numquam extitit, aut ſummus Philoſophus ſine eloquentia, aut verus Orator abſque philoſophia. *Tò apud Græcos* anteponitur a Schotto.

b *Illi enim recte vivendi* &c. Hinc Cicero V. Tuſcul. quæſt. *O vita*, ait, *Philoſophia Dux, o virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum!* Vide tamen Noſtrum infra ſeg xvii. & lib. iii. cap. xv., & ſeq. a ſeg. 1. ubi hoc encomium Ethnicorum philoſophiæ minime congruere oſtenditur.

c *Quod longe eſt præſtabilius* Bunem. *Hæc vox*, inquit, *elegans hodie fere neglitur*.

10.

Multum tamen nobis exercitatio illa fictarum litium [a] contulit, ut nunc majori copia, & facultate dicendi cauſam veritatis pro-

a *Fictarum litium* Cauſidicus non fuit Lactantius, qui profeſſus eſt lib. iii. cap. xiii. ſeg. 12., ſe numquam forum attigiſſe; fictis tamen litibus juvenes pro utraque parte ad declamandum; copioſeque dicen-

perorenus. Quæ licet poſſit ſine eloquentia defendi, ut eſt a multis ſæpe defenſa, tamen claritate, ac nitore ſermonis illuſtranda, & quodammodo differenda [b] eſt, ut potentius in animos influat, [c] & vi ſua inſtructa, [d] & luce orationis ornata. De religione itaque [e] nobis, rebuſque divinis inſtituitur Diſputatio.

Nam

cendum inſtituit, ut paullo ſupra ſeg. 8. annotavimus.

b *Et quodammodo differenda* I. e. inquit Heumannus, *inſtar ſementis, longe, lateque diſpergenda* Voſſius ad C. III. *Cæſar. de Bello Gallico* cap. IV. *minus id uſitatum ait*; nam non *rem*; ſed *de re differere dicendum*. Erravit tamen, & errandi anſam dedit Francio, qui ad oram ſui Codicis ſcripſit, *forte legendum* ASSERENDA EST. Non ſolum enim Tacitus *formam Deæ differere* aliquando dixit, ſed centies Cicero hac eadem phraſi uſus eſt, ut recte obſervavit Bunem. *διασπατέα pro quo diſſeminanda*, inquit, heic Schottus.

c *In animos influat* Al. *in animo*.

d *Et vi ſua inſtructa, & luce orationis ornata* Al. *& vi ſua & inſtructa religione* vide *de Opif. Dei* cap. XX. ſeg. 5., & lib. III. cap. I. ſeg. 1. Schottus ex Cod. Cæſaraug. ſecundam copulam delet.

e *De Religione itaque* Aliqui ab hiſce verbis, quæ argumentum hujus libri continent, capitis primi initium ſumunt, quum antecedentia Præfationis titulo inſigniant. Sed male. Nam Præfatio, ſeu exordium nondum finitum eſt.

11.

Nam ſi quidam maximi oratores,[a] profeſſionis ſuæ quaſi veterani, [b] decurſis operibus [c] actionum ſuarum, poſtremo ſe philoſophiæ tradiderunt: eamque ſibi requiem laborum juſtiſſimam putaverunt, ſi animos ſuos in earum rerum, quæ inveniri non poterant, [d] inquiſitione torquerent, [e] ut non tam otium ſibi, quam [f] negotium quæſiſſe videantur, & quidem multo moleſtius, quam in quo fuerant ante verſati: quanto juſtius ego me ad illam piam, veram, divinamque [g] ſapientiam, quaſi ad portum aliquem tutiſſimum, conferam: in qua omnia dictu prona ſunt, auditu ſuavia, facilia intellectu, honeſta ſuſceptu?

Et,

---

a *Nam ſi quidam maximi Oratores*. Unus ex his Cicero fuit, qui, ut bene obſervavit Bunem. ſexagenario major, omnia fere philoſophica ſcripſit, a quibus niſi res Urbanæ eum retraxiſſent, & nos uberiorem philoſophiam, & ipſe vitam diuturniorem fortaſſe habuiſſemus.

b *Quaſi veterani*, Qui legitimæ militiæ annos omnes confeciſſent, honeſtà miſſione ad ſuos redire permittebantur, & Veteranorum nomine donati, liberis procreandis operam dabant. Hinc ſimilitudinem, ac nomen ad oratores laudandos noſter eleganter derivavit.

c *Decurſis operibus*. Fulvius Urſinus, videtur, inquit

inquit legendum: *decurſis ſpatiis actionum ſuarum*. *Sic veteres Scriptores ex translationis conſtantia locuti ſunt*. Cicer. in lib. de Amicitia: *Nec verò velim, quaſi decurſo ſpatio a calce ad carceres revocari*. Plautus *Sticho*: *quid mihi opus denuo eſt, decurſo ætatis ſpatio cum illis bellum gerere*. Optime quidem; ſed ſine Codicum authoritate nihil immutandum. Eo vel maxime quod Lactantius copiam, & varietatem ubique exhibet. Confer lib. iv. cap. xxvi. ſeg. 13. lib. vii. cap. ii. ſeg. i. ibid. xii. 12., & xxvii. 1. &c.

d *Quæ inveniri non poterant*. Vide ſi ea noſcere cupis *ad lib. de Opif. Dei cap.* 1. ſeg. 15., & Diſſ. xxiii. cap. i. ſ. ix.

e *Inquiſitione torquerent*. Confer lib. iii. cap. ii. ſeg. 8. Ibidem cap. xxvi. ſeg. 12. & cap. xxx. ſeg. 2.

f *Ut non tam otium ſibi quam*. Abeſt a nonnullis *Tò tam*.

g *Divinamque* Schotti ex Cod. C. *divinam*.

12.

Et, ſi quidam prudentes, & arbitri æquitatis, [a] inſtitutiones civilis juris [b] compoſi-

a *Et ſi quidam Prudentes, & Arbitri æquitatis* Iſidorus lib. v. Orig. cap. xiv. *Reſponſa ſunt, quæ juriſconſulti reſpondere dicuntur conſulentibus: unde & reſponſa Paulli dicta. Fuerunt enim, quidam Prudentes & Arbitri æquitatis, qui inſtitutiones Civilis juris compoſitas ediderunt: quibus diſſidentium lites, contentioneſque ſopirent*. Vide infra L. v. cap. xii. Seg. 1. & 11.

b *Inſtitutiones Civilis Juris*. Plurimos eas edidiſſe

poſitas ediderunt, quibus civium diſſidentium lites, contentioneſque ſopirent: quanto melius nos, & rectius divinas inſtitutiones literis proſequimur: [c] in quibus non de ſtillicidiis, aut aquis arcendis, [d] aut de manu conſerenda, [e] ſed de ſpe, [f] de vita, de ſalute, de immortalitate, de Deo loquemur, ut ſuperſtitutiones mortiferas, erroreſque turpiſſimos ſopiamus?

Quod

diſſe compertum apud Eruditos eſt; at ante Lactantii tempora id operis primus præſtitiſſe videtur Cajus quidam nomine, prænomine vero Titus, qui Hadriani temporibus cæpit inclareſcere, ediditque inter alia ſapientiæ ſuæ monumenta libros IV. *Inſtitutionum Civilium*, quorum fragmenta ſtudioſe collegit, notiſque illuſtravit Jacobus Oiſelius. Epitome illorum, etſi ſub nomine ejuſdem circumferatur, tamen Anianus, Alarici Gothorum Regis conſiliarius, eam confeciſſe dicitur. Poſt Cajum Ulpianus, Paulus, Florentinus, Caliſtratus, Martianus, aliique ad Juſtinianum uſque Imperatorem, qui eos omnes in elegantiorem formam digeſſit, ad primam Juriſprudentiæ ſummam edocendam, hujuſmodi tractatus in lucem emiſerunt.

c *Divinas inſtitutiones literis proſequemur*. Idem Lactantius L. v. cap. iv. Seg. 3. ait: *Aliud eſt inſtituere, quod nos facimus, in quo neceſſe eſt, doctrinæ totius ſubſtantiam contineri*. Et Quintilianus opus illud ſuum XII. libris diſtributum: *De Oratoria inſtitutione*: ſeu *Inſtitutionum Orator. LL.* inſcripſit. Vide Diſſert. VII. ad cap. I. (c). His quippe juve-

juvenum diſciplina de hiſce rebus formatur; ſed temere, & non ſine malitia hocce titulo abuſus eſt Calvinus, quum *Inſtitutiones Chriſtianas* opus illud, XXV. ætatis ſuæ anno editum, inſcripſit, in quo non Jeſu Chriſti ſancta, ac intemerata dogmata, in Eccleſiæ ſinu ſervata, traduntur, ſed Hæreticorum omnium exquiſitis coloribus adumbrata perfidia, & præcipue Melanctonis, Hyperii, Sarcerii, ac Oecolampadii congeſti, atque amplificati errores incautis lectoribus propinantur.

d *Non de Stillicidiis, aut aquis arcendis* Plinius L. xvii. cap. xii. ait: *Stillicidii brevis definitio eſt: omnium, quæ projectu frondis ita diffunduntur, ut per ipſa non defluant imbres, ſtilla ſæva eſt.* Cavit Lex XII. Tabularum, ne quis dirigat aquam pluviam in prædium alienum, unde orta eſt *aquæ pluviæ arcendæ* actio, de qua Labeo *XXI. ff. de Statu liber.* & ff. 1. *de aqua, & aqu. pluv. arcend.* Adde Aggenum L. II. Cellarius heic exemplum eſſe litium ſuper re non adeo magni momenti, putavit, idque, tamquam Lactantii incautum loquendi modum reprehendit Gottfr. Maſcovius in notis ſuis ad lib. II. Gravinæ *de Jure Nat. & Gent. Cap. XXXIV.*, ſed Lactantii mentem neuter eſt aſſecutus, quum non ad rem viliorem ſignificandam, exemplum hocce Author noſter aſſumpſerit, ſed ad innuendum, ſe a diſparati generis materia inſtitutionum titulum eatenus uſurpatum, ad res divinas pertractandas traducere ſtatuiſſe. Ciceronem fortaſſe præ oculis hi Scriptores habuerunt *L. 1. de Oratore n.* 38. *& lib. 1. de Leg. n.* 14., ubi in eo ſenſu, ab eis indicato, de *Stillicidiis* agere videtur; cum quo tamen nihil præter vocabulum commune eſt Lactantio noſtro.

e *Aut de manu conſerenda* Schotti C. *conferranda*

da male Gellius L. xx. cap. ix. *Manum conſerere* , inquit , *eſt de qua re diſceptabatur in re præſenti , ſive ager , ſive quid aliud eſt , quum adverſarium manu prenderet , in ea re omnibus verbis vindicare . Id eſt : vindicia , correpta manu in re , atque in loco præſenti apud Prætorem ex XII. tabulis fiebat* . Hanc *vindiciarum cauſam* veteres appellabant , de qua vide Turneb. L. xiii. c. xxiii. Feſtum v. *Vindiciæ* . Alexand. ab Alex. L. vi. c. x. Quia tamen nihil ſine ſolenni ſigno majores noſtri aggredi conſueverant , diſceptantes inter ſe coram Prætore pugnæ ſpecimen præbebant , commiſſis inter ſe , gladiorum loco , feſtucis quibuſdam , militum ad inſtar , manus , pedeſque conferentium . Hinc triplex manuum veluti collatio originem habuit . Prima nimirum vera , quæ dicitur militaris , de qua noſter L. v. cap. v. ſeg.14. Secunda ſimilitudinaria , quam *vim civilem* , *quotidianam* , & *feſtucariam* , ſeu *vim moribus factam* , ut ait Cicero pro Cæcina dixerunt , de qua heic Lact. loquitur . Tertia demum *Metaphorica* , ſeu *Scholaſtica* , qua & Tyrones exerçentur invicem , & Philoſophi , ac rerum Scriptores pro tuendis ſententiis acerrime pugnant , ut apud Noſtrum L. iii. cap. vi. ſeg. 6.

f *De Spe* - Deſunt hæc in quibuſdam Mss.

13.

Quod opus [a] nunc nominis tui auſpicio inchoamus , *Conſtantine Imperator Maxime*

---

a *Quod opus* &c. uſque ad - *Omiſſis ergo* &c. ſeg. 17. a pleriſque Mss. abſunt omnia , quamvis , quin La-

me b. Qui primus Romanorum principum c, repudiatis erroribus, majeſtatem Dei ſingularis, ac veri & cognoviſti, & honoraſti. Nam cum ille dies feliciſſimus orbi terrarum illuxiſſet, quo te Deus ſummus ad beatum Imperii culmen evexit: ſalutarem univerſis, & optabilem principatum præclaro initio auſpicatus es: cum everſam, ſublatamque juſtitiam reducens, teterrimum aliorum facinus d expiaſti. Pro

---

Lactantii ſint minime dubitamus. Videſis Diſſ. vii. c. I. §.v., & Diſſ. x. a §.I. ſeq. Schottus in Cod. Buſleidano ea invenit, non autem in Cæſaraug.

b *Conſtantine Imperator Maxime*. Hoc titulo ex Senatus Conſulto donatus fuit Conſtantinus M. quum de Maxentio Romæ triumphavit anno æræ communis CCCXII. ut oſtendimus ad lib. de *Mort. Perſecut.* cap XLIV. ſeg. II. ſeq., & Diſſ. x. §. xxii.

c *Qui primus Romanorum Principum &c.* Ante Conſtantinum M. ſunt qui putant etiam alios Imperatores Chriſti Domini, ac Dei majeſtatem, divinitatemque coluiſſe, & præcipue P. Ælium Hadrianum, Alexandrum Severum, ac utrumque Philippum. Quid autem de eorundem religione cenſendum ſit, diſputatum a nobis eſt Diſſ. xxxi. cap. I. §. xiv.

d *Aliorum facinus* Maxentii, & Licinii in Chriſtianos crudelitatem heic intelligi debere putavit Betuleius; ſed qua ratione alios Eccleſiæ perſecutores excluſerit, non video. Licinius potius excludendus erat. Walchius vero Neronem, Domitianum, Trajanum, M. Philoſophum, & L. Verum, Severum, Maximianum Thracem, Deciumque an jure inter eos recenſeat, videſis Diſſ. xxxi. cap. i. §. xiii.

14.

Pro quo facto dabit tibi Deus felicitatem [a], virtutem, diuturnitatem : ut eadem juſtitia, qua juvenis exorſus es [b], gubernaculum Reipublicæ etiam ſenex teneas : tuiſque liberis [c], ut ipſe a patre accepiſti [d], tutelam Romani nominis tradas [e].

B Nam

a *Dabit tibi Deus felicitatem* S. Auguſtinus L. v. de *Civit. Dei* cap. xxiv. *Tales Chriſtianos Imperatores*, inquit, *dicimus eſſe felices : interim ſpe , poſtea re ipſa futuros , quum id , quod expectamus , advenerit*: & capite ſequenti, *tantis*, ait, *terrenis implevit* (*Deus Conſtantinum*) *quanta optare nullus auderet*.

b *Qua juvenis exorſus es* - In lib. *de Mortibus Perſecutorum* cap. xxiv. ſeg. 4. eum pariter juvenem appellat, quamvis ibidem cap. xviii. ſeg. 10., & cap. xxix. ſeg. 5. Adoleſcentem vocet. Inde explica verbum *adoleſco* L. iv. cap. xv. Seg. 2., ut Diſſ. xxix. cap. viii. ∫. i. Eodem quippe xxx. ætatis ſuæ anno Chriſtus Dominus a Johanne in Jordane tinctus, ac Conſtantinus ad Imperium evectus, dicuntur.

c *Tuiſque liberis*. Quamquam quum hocce opus elucubrare cæpit Lactantius, ſolum Criſpum Cæſarem ex Minervina priori conjuge ſuſcepiſſet Conſtantinus; nondum tamen eodem anno abſoluto Fl. Claudium Conſtantinum ex Fauſta, Maximiani Herculii filia ſuſceperat. Vide Diſſ. xxii. cap. i. ∫. xix. tab. ultima,

d *Ut ipſe a patre accepiſti*. In lib. de Mort. Perſecut. cap. XXV. ſeg. 8. *At ille* (Conſtantinus) *incre-*

credibili celeritate uſus, pervenit ad patrem jam deficientem, qui ei, militibus commendato, Imperium per manus tradidit. Ad quem locum te ablego.

e *Tutelam Romani nominis tradas*. Vim ſcilicet, ac poteſtatem ad populos Romani Imperii tuendos, *Ut enim Tutela*, inquit Cicero L. 1. Offic. 85., *ſic procuratio Reipublicæ ad eorum utilitatem, qui commiſſi ſunt, non ad eorum, quibus commiſſa eſt, gerenda eſt*.

15.

Nam malis, qui adhuc [a] adverſus juſtos [b] in aliis terrarum partibus ſæviunt, quanto ſerius, tanto vehementius [c] idem omnipotens mercedem ſceleris exolvet: quia ut eſt erga pios indulgentiſſimus pater, ſic adverſus impios rectiſſimus judex [d].

Cujus

a *Nam malis, qui adhuc* &c. Poſt ſecundam vocem quidam parentheſim aperiunt, & poſt *Tò ſæviunt* claudunt, quæ tamen minime neceſſaria videtur. Hæc de Licinio Eccleſiam perſequente plerique omnes Lactantii interpretes accipi volunt; mihi vero hiſtoriæ illorum temporum, & quæ heic mox ſequuntur, de omnibus perſecutoribus Chriſtianorum, qui tunc dominabantur, ea omnino intelligenda videntur, ac id me demonſtraſſe Diſſ. VII. a §. IX. ad finem uſque non temere fortaſſe reor.

b *Juſtos*. Hoc vocabulo in lib. *de Mortib. Perſec.* ut heic Chriſtianos appellat ſub initio cap. 1. ſeg. 5., & ſæpe deinceps.

Quan-

c *Quanto ſerius, tanto vehementius*. Idem *L. de Ira Dei* cap. XX. ſeg. 13. *Sed quum maxima, & utiliſſima ſit Dei patientia, tamen, quamvis ſero, noxios punit; nec patitur longius procedere, quum eos inemendabiles eſſe pervidet*. Et lib. *de Mort. Perſec.* C. 1. ſeg. 6. *Serius quidem, ſed graviter, ac digne; diſtulerat enim pœnas eorum Deus, ut ederet in eos magna, & mirabilia exempla, quibus poſteri diſcerent* &c.

d *Rectiſſimus judex* Al. *reverendiſſimus* Plin. L. VII. Epiſt. XXII. De Cornelio Minutiano ad Falconem ſcribit. *Idem rectiſſimus judex, fortiſſimus advocatus, fideliſſimus amicus*.

16.

Cujus religionem, cultumque divinum cupiens defendere, quem potius appellem, quem alloquar [a], niſi eum, per quem rebus humanis juſtitia, & ſapientia reſtituta eſt?

 Omiſ-

a *Quem potius appellem, quem potius alloquar* &c. Heum. *Reſcribere*, inquit, *auſim*. *Quem potius appellem, quam eum*. ALLOQUAR *e margine, cui inſcriptum, interpretationis cauſſa, irrepſiſſe mihi videtur, & tum ex* quam *factum eſſe* quem. Eum potius hariolari putem, quam ſane commentari: Cicer. *pro Quintio* 94. eodem ſenſu ait: *Quid agendum eſt? qui Deus appellandus eſt, cujus hominis fides imploranda eſt?* Idem pro L. Flacco: *Quem enim alium appellem? quem obteſter? quem implorem?* Et Auth. ad Heren. *Te nunc alloquor, Africane* &c.

17.

Omiſſis ergo hujuſce terrenæ philoſophiæ autoribus, nihil certi afferentibus [a], aggredimur viam rectam.

a *Nihil certi afferentibus* Schottus *aſſerentibus* ſic & alii nonnulli cum Heumanno; ſed nihil muto, ſæpe hoc eodem ſenſu verbum *affero* Noſter adhibet, & plurima in confirmationem exempla congeruntur heic a Bunem. Confer *de Opif.* cap. 1. ſeg. 15., & L. III. cap. XVI. ſeg. 7.

18.

Quos equidem, ſi putarem ſatis idoneos ad bene vivendum duces eſſe, & ipſe ſequerer: & alios, ut ſequerentur, hortarer. Sed quum inter ſe magna concertatione diſſideant, ſecumque ipſi plerumque diſcordent [a], apparet eorum iter nequaquam eſſe directum [b]: ſiquidem ſibi quique [c], ut eſt libitum, proprias vias impreſſerunt, confuſionemque magnam quærentibus [d] veritatem reliquerunt.

Nobis

a *Quum inter ſe magna concertatione diſſideant, ſecumque ipſi plerumque diſcordent* Cic. L. 1. de Finib. c. xviii. *Animus a ſe ipſo diſſidens, atque diſcordans.* Vide infra ad cap. v. ſeg. 22.

b *Eorum iter nequaquam eſſe directum*: Copiam amare Lactantium alias notavimus; quum ergo paullo

lo ſupra *viam rectam* , dixerit , heic *iter directum* uſurpat pro eadem re . Ut Cic. pro M. Cælio c. xvii. *directum iter ad laudem* . Item *de finib.* 1. *directam viam* pro *rectam* ut bene obſervavit Bunem.

c *Siquidem ſibi quique* Schottus *melius* , inquit , *quiſque C.*

d *Quærentibus* Schottus *inquirentibus C.*

19.

Nobis autem , qui ſacramentum veræ religionis accepimus [a] , quum ſit veritas revelata divinitus , quum doctorem ſapientiæ , ducemque veritatis [b] Deum ſequamur , univerſos ſine ullo diſcrimine vel ſexus , vel ætatis [c] ad cœleſte pabulum convocamus .

a *Qui ſacramentum veræ religionis accepimus* . Sacramenti vocabulum heic valet idem ac *arcana* cognitio Myſteriorum fidei , ad quam niſi per divinam revelationem nemo proprii ingenii viribus valuit unquam pervenire . Vide L. iii. cap. iii. ſeg. 2. ex quo hanc explicationem deſumpſimus , iis , quæ heic mox ſequuntur omnino congruentem . Schottus *Tò veræ* punctis quibuſdam inſignivit addita l. C.

b *Ducemque veritatis* Al. *virtutis* .

c *Ullo diſcrimine vel ſexus , vel ætatis* . Vide omnino , quæ Noſter habet lib. vi. cap. iii. ſeg. 16., ubi hæc explicantur .

20.

Nullus enim ſuavior animo cibus eſt ;

quam cognitio veritatis. Cui aſſerendæ [a], atque illuſtrandæ ſeptem volumina deſtinavimus: quamvis ea res infiniti pene ſit operis, & immenſi. Ut ſi quis hæc dilatare, atque exequi pleniſſime velit: tanta illi rerum copia exuberet [b], ut nec libri modum, nec finem reperiat oratio [c].

a *Cui aſſerendæ* Al. *cujus aſſerendæ* Schottus noſtram præponit lectionem.

b *Rerum copia exuberet* Al. *exuperet*.

c *Ut nec libri modum, nec finem reperiat oratio*. Heum. *Apparet*, inquit, *liquido, ſcribendum eſſe* liber: *ut mirandum ſit, tandiu in mendo cubuiſſe verbum hoc. Qui primum reſcripſit* libri, *ideo ſe recte facere putavit, quod unus eſſet Lactantii liber, ſed ſeptem*. Sed non opus, ait Bunem., ſi *nec libri modum* REPERIUNT, *ſubaudias*. &c. Ego vero ſic conſtruo, *ut oratio nec reperiat finem, nec modum libri.* Infra enim cap. ultimo hujuſce libri 1. ſeg. 6. inquit: *Sed jam finem facere libro decrevi, ne modum excedat*.

21.

Sed nos idcirco breviter omnia colligemus: quod ea, quæ allaturi ſumus, tam clara ſunt & lucida, ut magis mirum eſſe videatur, tam obſcuram videri hominibus veritatem, & iis præcipue, qui ſapientes vulgo putantur: vel quod tantummodo inſtituendi nobis homines erunt, hoc eſt ab errore,

rore, [a] quo ſunt implicati, [b] ad rectiorem viam revocandi.

---

a *Vel quod tantummodo inſtituendi nobis homines erunt, hoc eſt ab errore . . . . ad rectiorem viam revocandi.* En ſcopus, quem ſibi in hiſce libris propoſuit Lactantius, lectores ſuos deinde miſſurus ad uberrimum doctrinæ fontem, ſcilicet Eccleſiæ Magiſterium, in quo ad fidem converſi, ab Epiſcopis, ac Catechiſtis fidei arcana ſtatutis temporibus tradebantur. Vide inter opera D. Auguſtini lib. *de Fide & Symbolo*: ac *de Catechizandis rudibus*.

b *Implicati*. Sic cum Schotto ex C. Cæſar. legendum puto, ubi alii habent *impliciti*.

22.

Quod ſi fuerimus (ut ſpero) aſſecuti, mittemus eos ad ipſum doctrinæ uberrimum, ac pleniſſimum fontem: [a] cujus hauſtu, atque potu, conceptam viſceribus ſitim ſedent, ardoremque reſtinguant. Eruntque illis omnia facilia, prona, manifeſta: modo ne pigeat ad percipiendam ſapientiæ diſciplinam, legendi, vel audiendi patientiam commodare [b].

---

a *Mittemus eos ad ipſum doctrinæ uberrimum, ac pleniſſimum fontem*. Sæpe hoc repetit Lactantius. Vide Diſſ. xviii. §. ix.

b *Patientiam commodare* Al. *accommodare*. Hoc etiam Noſter inſinuat L. v. cap. 1. 1.

23.

Multi enim ſuperſtitionibus vanis pertinaciter inhærentes obdurant ſe contra manifeſtam veritatem [a], non tam de ſuis religionibus, quas pravè aſſerunt [b] benemeriti, quam de ſe male: qui quum habeant iter rectum, devios ſequuntur anfractus [c], planum deſerunt [d], ut per præcipitium labantur: lucem relinquunt [e], ut in tenebris [f] cæci, ac debiles jaceant.

a *Obdurant ſe contra manifeſtam veritatem* Al. *obturant ſe* Schot. *obdurantur contra C.* Cic. lib. iii. *de Finibus*. 11. *contra ſtudia naturæ tam vehementer obduravit*.

b *Quas pravè aſſerunt* Al. *afferunt* Schottus *præferunt* Al. *proferunt*.

c *Devios ſequuntur anfractus*. Hujus depravationis cauſſam declarat L. IV. cap. XXX. ſeg. 4.

d *Planum deſerunt* Al. *planum iter*.

e *Lucem relinquunt* Al. *derelinquunt*.

f *In tenebris* Schot. *in tenebras C.*

24.

His conſulendum eſt, ne contra ſe pugnent, velintque ſe tandem ab inveteratis erroribus liberari. Quod utique facient, ſi, quare ſint nati [a], aliquando perviderint. Hæc

a *Quare ſint nati* Al. *ſunt nati* Al. verbum iſtud omittunt.

25.

Hæc enim pravitatis eſt cauſſa, ignoratio ſui: quam ſi quis cognita veritate diſcuſſerit, ſciet quo referenda, & quemadmodum ſibi vita degenda ſit. Cujus ſcientiæ ſummam breviter circumſcribo: ut neque religio ulla ſine ſapientia [a] ſuſcipienda ſit, nec ulla ſine religione probanda ſapientia.

CA-

---

a *Neque religio ulla ſine ſapientia* &c. Gallæus: *Hæc*, inquit, *notent Pontificii adverſus fidem, & obedientiam cæcam, quas adeo commendant*: Cui Bunemannus addit: *Hoc ſapiens monitum ſæpe urget Lactantius . . . Sic Crimen ſtultitiæ, & ruditatis Chriſtianis objectum diluitur; cæca obedientia evertitur; & vana curioſitas amputatur*. Confer Antonii Diſput. de Patmo Lutheri §. 39. Sic Catholicæ Romanæ Eccleſiæ hoſtes peſſima fide obloquuntur. Fidem, & obedientiam quam commendamus illæ ſunt, de quibus Apoſtolus II. ad Corinth. cap. x. ỽ. 4. ait: *Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Dei ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe adverſus ſcientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti, & in promptu habentes ulciſci omnem inobedientiam, quum impleta fuerit veſtra obedientia*: Nec Lactantius his contradicit, ſed explicat, & illuſtrat lib. ii. cap. v. ſeg. 9., ut oſtendimus Diſſ. xxxv. cap. vi. §. 1. In Cod. Aldi Mannuccii, Pauli F., Aldi N. prima iſtahæc nota occurrit: *Paradoxa*. Non autem ſatis liquet, quid hac voce is innuere voluerit.

CAPUT II.

I.

SUſcepto igitur illuſtrandæ veritatis officio, non putavi adeo neceſſarium ab illa quæſtione [a] principium ſumere, quæ videtur prima eſſe natura: [b] *ſit ne providentia, quæ rebus omnibus conſulat: an fortuitu vel facta ſint omnia, vel gerantur* [c]? Cujus ſententiæ autor eſt Democritus [d], confirmator Epicurus [e].

Sed

a *Ab illa quæſtione* De qua egit Lact. in lib. *de Opif. Dei* a cap. XI. & de *Ira Dei* a cap. IX.

b *Prima eſſe natura*: SIT NE PROVIDENTIA Al. *prima eſſe natura ſine providentia*. Al. *ſive providentia*. Al. *prima eſſe*, *Natura ſit ne providentia*. Quæ lectiones Lactantii ſenſum non confundunt ſolum, ſed pervertunt. Siquidem ipſemet Lactantius Epitom. cap. ii. ſeg. I. ait: *Prima incidit quæſtio*: *ſit ne aliqua providentia*? Quare *Tò natura*, idem valet ac *ordine naturali*, ſive, ſecundum optimam, ac naturis rerum maxime congruentem addiſcendi methodum, ſecundum quam primum inquirendum eſt de qualibet re: *An ſit*? deinde: *quid ſit*? demum: *quid proprium habeat*? Seu: *Qualis ſit*?

c *Vel gerantur*. Al. *regantur*. Schottus, & Aldus hanc lectionem retinent. Eligo lectionem Lactantio alibi uſitatam, nam lib. VII. c. IX. ſeg. 6. *fortuitu geri omnia crediderunt*: Quæ eſt phraſis Ciceron. L. ii. de

de leg. c. VII. ut ſcite notavit Bunem: quamquam bonam eſſe aliam etiam oſtendat caput primum Epitom. ubi Noſter ait: *Sit ne aliqua providentia, quæ aut fecerit, aut regat mundum?*

d *Author eſt Democritus*. Scilicet Abderita de quo egimus diſſ. XL. cap. XVII. §. V.

e *Confirmator Epicurus*. Vide diſſ. XL. cap. XX. §. I.

2.

Sed & antea Protagoras [a], qui Deos in dubium vocavit: & poſtea Diagoras [b], qui excluſit: & alii nonnulli [c], qui non putaverunt Deos eſſe; quid aliud effecerunt, niſi ut nulla eſſe providentia putaretur [d]? quos tamen & cæteri philoſophi, ac maxime Stoici, [e] acerrime retuderunt [f], dicentes [g] nec fieri mundum ſine divina ratione potuiſſe: nec conſtare, niſi ſumma ratione regeretur.

Sed

a *Sed & antea Prothagoras*. Ibidem cap. XVII. §. VI.

b *Et poſtea Diagoras*. V. ibidem cap. XVIII. ſeg. VII.

c *Et alii nonnulli*. Idem Lactantius *Epitom*: XXVII. ſeg. 21., & *de Ira Dei* IX. 7. inter atheos Theodorum Cyrenæum recenſuit. V. Diſs. XL. c. IX. §. 11., & Diſs. XXVII. cap. I. §. 11.

d *Putaretur*. Hinc initium ſumit codex antiquior Bonon., & hinc Walchius Epicuri patrocinium asſumpſit. *Non deſunt*, inquit, *qui prava de Epicuro tradere, & dogmata ejus detorquere corrupte ſolent*. *Vide Lect.*

Lact. III. 17. *ſed tantum abeſt, ut mihi perſuadeam, Epicurum Deum, & providentiam negaſſe, ut dignum eum exiſtimem, qui inter philoſophos ſanæ, probæ, & purioris mentis ponatur &c.* Rondellus, aliique nonnulli idem aſſerere non dubitarunt; qua autem fortuna id præſtiterint, vide Diſs. XL. Cap. XX. ſ. 1. Diſs. XXVII. C. I. §. VI.

e *Ac maxime Stoici*. Gallæus *Stoicos imprimis celebrat*, inquit, *ſed non minorem laudem promeritus eſt Plato, qui Deum paſſim vocat δημιουργὸν, Opificem univerſi*: ex Voſſio; ſubditque alia ex Epicteto apud Arrianum; ex Seneca *de Benef.* ex Cleante apud Simplicium, quorum placita *de Deo, & Providentia* a nobis relata ſunt Diſs. XXVII. C. I. §. IX.

f *Retuderunt*. Schottus *redarguerunt* Al. *retulerunt*. Noſtra lectio Lactantio non inuſitata L. IV. XXVII. 9. *vim retudit*. L. iii. xxviii. 9. *Quum fortiter inimicorum impetus retudiſſet*, eandemque phraſim ſæpe apud Ciceronem offendes.

g *Dicentes* Al. *docentes*.

3.

Sed & M. Tullius [a], quamvis Academicæ diſciplinæ defenſor [b] eſſet, de providentia gubernatrice rerum & multa & ſæpe diſſeruit [c], Stoicorum argumenta confirmans: & nova ipſe afferens [d] plurima. Quod facit cum in omnibus ſuæ philoſophiæ libris, tum maxime in iis [e], qui ſunt de natura deorum. Nec

a *Sed & M. Tullius* Cicero Orator, & Philoſophus inter Latinos facile princeps.

Aca-

b *Academicæ diſciplinæ defenſor*. Illius quippe Sectæ amator fuit; quamvis etiam Stoicos, & præſertim Poſidonium, libenter audierit. L. 1. *de Nat. Deor.* c. iii. De Cicerone plura diximus Diſs. xL. C. xxI. §. xI.

c *Et multa*, *&* *ſæpe diſſeruit*. Al. utramque copulam omittunt. Confer Lactantium ipſum L. ii. cap. viii. ſeg. 12. ſeqq.

d *Afferens* Bon. *adferens*.

e *In iis*. Bon. *in his*.

4.

* Nec difficile ſane fuit, paucorum hominum prave ſentientium redarguere mendacia teſtimonio populorum [a], atque gentium [b] in hac una re non diſſidentium [c].

* Cic. L. II. de N. D. c. 29. 30.

a *Teſtimonio populorum*. Al. *teſtimonio philoſophorum*. Sic etiam Schottus.

b *Atque gentium* Bon. *Adque*. Sic ſemper.

c *In hac unica re non diſſidentium*. Fruſtra Athei, eorumque fautores, populos quoſdam recenſent, qui nullam Dei notitiam habeant, quique Providentiam negent, comminiſcuntur. Vide Diſſ. xxvii. cap. 1. §. viii.

5.

Nemo eſt enim [a] tam rudis, tam feris mo-

a *Nemo eſt enim*. Vide lib. iii. cap. x. ſeg. 7. Iſæus ultimam vocem omiſit.

moribus, quin oculos [b] ſuos in cœlum tollens, tametſi neſciat [c] cujus Dei providentia regatur hoc omne, quod cernitur: aliquam tamen [d] eſſe intelligat ex ipſa rerum magnitudine, motu, diſpoſitione, conſtantia, utilitate, pulchritudine, temperatione [e]: nec poſſe fieri, quod id, quod mirabili [f] ratione conſtat, conſilio majori [g] aliquo ſit inſtructum.

b *Quin oculos* Al. *qui oculos*. Sic Schot. C.
c *Tametſi neſciat*. Schottus *tamen etſi*.
d *Aliquam tamen* Al. *aliquem* Schot. *aliquid* Al. *non aliquam*.
e *Temperatione* Al. *comparatione* Cic. L. ii. de N. D. *Cœli temperatio, fœcunditas terrarum*.
f *Quod mirabili* Al. *quod tam mirabili*.
g *Conſilio majori* Al. *majore* Schottus C.

6.

Et nobis itaque [a] facillimum eſt, exequi hanc partem quamlibet copioſe. Sed quia multum inter philoſophos agitata res eſt: & providentiam tollentibus, ſatis reſponſum videtur ab hominibus argutis, & eloquentibus: & de ſollertia [b] divinæ providentiæ per totum hoc opus, quod ſuſcepimus, ſpar-

b *Et nobis utique*. Sic etiam Schottus Al. *& nobis itaque*.
c *Et de ſollertia*. Sic ſemper in noſtro Cod. Al. *lertia*.

ſparſim dicere nos neceſſe eſt [c]: omittamus in præſenti hanc quæſtionem, quæ cum cæteris ſic cohæret, ut nihil a nobis videatur diſſeri poſſe [d], ut non ſimul de providentia diſſeratur [e].

c *Dicere nos neceſſe eſt*. Pronomen ab aliis vel omittitur, vel anteponitur.

d *A nobis videatur diſſeri poſſe* Al. *diſſeri poſſe videatur*.

e *Diſſeratur*. Schottus *diſſeri poſſe*.

CAPUT III.

I.

SIt ergo [a] noſtri operis exordium quæſtio illa conſequens, ac ſecunda: *Utrum poteſtate unius Dei mundus regatur, an ne multorum?* Nemo eſt quidem, qui ſapiat [b], rationemque ſecum putet, qui non unum Deum eſſe intelligat [c], qui & condiderit omnia: & eadem, qua condidit, virtute moderetur.

Quid

a *Sit ergo* Al. *ſit igitur*.

b *Nemo eſt quidem, qui ſapiat* &c. Variant heic mirifice lectiones, verbis aut omnino ſublatis, aut e loco dimotis. Nos noſtram retinemus, quæ immutatione non indiget, ut bene obſervant Fulvius Urſinus, Schottus aliique nonnulli.

c *Qui non unum Deum eſſe intelligat* Al. primam, & quartam vocem temere delent.

2.

Quid enim multis opus eſt ad mundi regimen ſuſtinendum? niſi forte arbitrabimur [a], ſi plures ſint; minus habere ſingulos nervorum, atque virium.

a *Niſi forte arbitrabimur*. Sic Schottus ex Cod. C. Al. *arbitremur* Al. *arbitramur* Al. *arbitramus*.

3.

Quod quidem faciunt ii [a], qui eſſe multos volunt. Quia neceſſe eſt imbecillos eſſe [b]: ſiquidem ſinguli ſine auxilio reliquorum, tantæ molis gubernaculum ſuſtinere non poſſunt [c]. Deus autem, qui eſt æterna mens [d], ex omni utique parte perfectæ, conſummatæque [e] virtutis eſt.

Quod

a *Faciunt ii* Bon. *hii*.
b *Imbecillos eſſe* Al. *imbecilles*.
c *Non poſſunt* Al. *non poſſent*.
d *Deus autem, qui eſt æterna mens*. In noſtro Cod. prima vox contracte ſcribitur *Dominus*. Philoſophorum plurimi, Deum, divinam mentem appellarunt. S. Auguſt. L. XV. *de Trinit. Tantum*, inquit, *& longe magis, divinam mentem mentibus hominum perſpicaciorem eſſe, quantum homo mente præditus bruta ſuperat, quæ mente carent*.
e *Conſummatæque* Bon. *conſummatequæ*.

4.

Quod ſi verum eſt , unus ſit neceſſe eſt. Poteſtas enim , vel virtus abſoluta , retinet ſuam propriam [a] firmitatem . Id autem ſolidum exiſtimandum eſt , cui nihil decedere [b] : id perfectum , cui nihil poſſit accedere [c] .

e Quis

a *Suam propriam* . Has voces ſæpe jungit , & quidem ſatis bene Lactantius , ut demonſtrat Paulus Baudri ad cap. XLIV. *de Mortib. Perſec.* Sic Cicero *de Oratore* : Cæſar Bell. Civil. XX. 30.

b *Id autem ſolidum exiſtimandum eſt , cui nihil decedere* &c. Idem de Opif. XIX. ſeg. 2. *ex re tenui* , *& incomprehenſibili nihil poteſt decedere* : quare *ſolidum* heic valet pro *incorruptibili* , *ſtabili* , *firmo* , *conſtanti* , & mutationibus minime obnoxio , quo ſenſu Cicer. III. *de Offic.* effigiem ſolidam , & expreſſam virtutis dixit. Seneca *ſolidam* , *& ſinceram felicitatem* .Terentius *in Andria* IV. 1. 23. Gaudium ſolidum, & Horatius III. *Carm. O.* III. *ab init.*

Juſtum , & tenacem propoſiti virum
Non Civium ardor prava jubentium,
Non vultus inſtantis Tyranni
Mente quatit ſolida: &c.

c *Cui nihil poſſit accedere* - Vide S. Auguſtinum L. v. de Trinit. , ubi , ut jam heic notaverat Betuleius , nulla in Deum cadere poſſe accidentia , docuit, & quicquid de eo dicitur , *non accidentaliter* , ſed *eſſentialiter* dici oportere .

5.

Quis dubitet potentiſſimum eſſe Regem, qui totius orbis habeat imperium [a]? neque immerito [b]: quum illius ſint, quæ ubique ſunt omnia: quum ad eum ſolum omnes undique copiæ congerantur [c].

a *Qui totius orbis habeat imperium*. Betuleius: *Videtur*, ait, *Lactantius tacite commendare Monarchiam Conſtantini*, quæ conjectura cum initio Lactantianæ ſcriptionis componi non poteſt ob ea, quæ a nobis firmata ſunt Diſſ. VII. §. XXVI. Multoque minus cum iis, quæ annotavimus ſupra ad Cap. I. ſeg. 15. & Diſſ. eadem §. XXIV. Optanda tamen tunc erat Monarchia, quum ex Imperii diviſione tot, tantaque mala paſſim in dies ſuborirentur, nec abnuo, quin Lactantius eam Conſtantino ſuo inſinuandam heic commode cenſuerit, ut quæ ſequuntur plane oſtendunt.

b *Neque immerito* - Bon. *inmerito*.

c *Omnes undique copiæ congerantur*. Confer L. V. cap. XII. ſeg. 6. ubi Ciceronis authoritate hunc dicendi modum illuſtrare poteris. Al. *congregantur*.

6.

At ſi plures [a] partiantur orbem: minus certe opum, minus virium ſinguli habebunt, quum intra præſcriptam [b] portionem ſe quiſque con-

a *At ſi plures* - Bon. *Ad ſi* &c.

b *Intra præſcriptam* Bon. *preſcriptam* Schot. *inter*

contineat. Eodem etiam modo Dii, ſi plures ſint, minus valebunt, aliis tantundem in ſe habentibus.

7.

Virtutis autem perfecta natura in eo poteſt eſſe, in quo totum eſt, quam [a] in eo, in quo pars exigua de toto eſt. Deus vero, ſi perfectus eſt, ut eſſe debet [b], non poteſt eſſe niſi unus, ut in eo ſint omnia [c].

 Deo-

a *Virtutis autem perfecta natura in eo poteſt eſſe, in quo totum eſt, quam in eo, in quo pars exigua de toto eſt* - *Tò quam*, heic valet - *potius quam*, ut ad lib. ii. cap. VIII. ſeg. I. dicemus. Et ad Epitom. cap. ii. ſeg. 8., ubi hæc repetuntur. Iſæus legit; *virtutis autem perfecta natura non poteſt eſſe niſi in eo, in quo* &c. Et *non in eo* &c. Sic etiam Schottus ex Cod. C. delet tamen primam negationem, & *Tò niſi* Al. addunt *potius*, Bunem., Heum. Aliique nobiſcum legunt.

b *Deus vero, ſi perfectus eſt, ut eſſe debet* Al. *ſi perfectus eſt* (*nam perfectus eſt*) Al. (*nam perfectus eſt, & eſſe debet*) Al. (*quia perfectus eſt* (*ut eſſe debet* Al. (*qui perfectus eſſe debet*) Fulvius Urſinus noſtram lectionem probat, additque: *Poteſt legi ita, quum in veteri Codice ſit:* quia perfectus eſt; *Videntur enim illa verba fuiſſe ab aliquo adjecta, qui voluerit locum Lactantii ambiguitate prorſus exuere.* Schottus: *Sic interpungo*, inquit: *Deus vero ſi perfectus eſt:* (nam perfectus eſt, *& eſſe debet*) *non poteſt eſſe niſi unus* &c.

Ut

c *Vt in eo ſint omnia*: Xenophanes apud Cicer. L. ii. Quæſt. Acad. ſenſiſſe fertur: *Vnum eſſe omnia: neque id eſſe mutabile: & id eſſe Deum*. At quomodo hæc ſint intelligenda, vide Diſſ. xxvii. cap. 1. §. xi.

§. 8.

Deorum igitur virtutes, ac poteſtates infirmiores ſint neceſſe eſt: quia tantum ſingulis deerit, quantum in cæteris fuerit: ita quanto plures, tanto minores erunt.

§. 9.

Quid, quod ſumma illa rerum poteſtas, ac divina vis ne ſemel quidem dividi poteſt [a]? Quicquid enim capit diviſionem, & interitum neceſſe eſt. Si autem interitus procul eſt a Deo, quia incorruptibilis eſt [b], & æternus: conſequens eſt, ut dividi poteſtas divina non poſſit [c].

Deus

a *Ne ſemel quidem dividi poteſt. Hoc ſemel*, inquit Heumannus, *quid ſibi velit, quum non intelligam, ſuſpicor, id inſertum eſſe a librario, vel Grammatico quopiam, ſemper aliquid interjiciendum eſſe rato* NE *&* QUIDEM &c. At bene Bunem. locum explicat ibi; quum de Deo uno in propoſitione plurium ſermo ſit, tantam Author Dei unitatem eſſe adſtruit, ut ne ſemel quidem ita dividi poſſit, ut duplex eſſe videatur; multoque minus multiplex, quemadmodum

Eth-

Ethnici perperam putabant. Vide Diſſ. xxvii. ubi ſupra.

b *Quia incorruptibilis eſt*. Hanc vocem fere *Ecclesiaſticam* appellat Bunem. quam ante Noſtrum Tertull., & Cypr. uſurpaverant. Noto tamen, quod quamvis eam apud Latinos antiquiores non reperiam, tamen Cicero, aliique optimi dixerunt *incorruptum*, & *incorrupte*. Unde licuiſſe videtur, quum adhuc viva eſſet lingua Latina, inde *incorruptibile* derivare. Vide Diſſ. xxii. ad h. v.

c *Conſequens eſt*, *ut dividi poteſtas divina non poſſit*. En Heumanno demonſtratum quid illud ſemel ſibi velit.

10.

Deus ergo unus eſt, ſi nihil aliud [a] eſſe poteſt, quod tantundem capiat poteſtatis, & ii [b] tamen, qui multos eſſe arbitrantur, officia inter ſe dicunt eſſe partitos: de quibus omnibus ſuo loco diſputabimus.

a *Si nihil aliud* Bon. *aliut* Al. *ſi nihil eſſe aliud*. Iſæus *ſi mihi aliud*.

b *Et ii* Bon. *& hii*.

11.

Illud interim, quod ad præſentem locum pertinet, teneo. Si partiti ſunt inter ſe officia, eodem revolvitur res, ut ex iis

quilibet [a] ſufficere omnibus nequeat. Perfectus igitur non erit [b], qui ceſſantibus cæteris, non poteſt omnia gubernare. Ita fit; ut ad regendum mundum unius perfecta virtute opus ſit [c], quam imbecillitate [d] multorum.

a *Ex iis quilibet* Bon. *ex hiis* &c.
b *Perfectus igitur non erit* Al. *jam non erit*.
c *Unius perfecta virtute opus ſit* Al. *virtute magis opus ſit*, quam vocem delet etiam Schottus, qui punctis eam diſtinguit.
d *Quam imbecillitate* Bon. *inbecillitate*.

12.

Qui autem putat, hanc tantam magnitudinem non poſſe ab uno regi, fallitur, neque quanta vis, ac poteſtas ſit [a] divinæ majeſtatis intelligit [b], ſi exiſtimat, ſingularem Deum, qui facere mundum potuit, eundem regere non poſſe, quem fecit.

a *Fallitur, neque quanta vis, ac poteſtas ſit* Al. *fallitur: non enim quanta vis, poteſtaſque*. Al. *Nec enim* Al. *neque* ſic Schottus.
b *Intelligit* Bon. *intellegit* ſic ſemper.

13.

At ſi concipiat animo, quanta ſit divini hujus operis immenſitas [a], quum antea nihil eſſet,

a *Immenſitas* Bon. *inmenſitas*. Sic infra *inmenſum*.

eſſet, tamen virtute, atque conſilio Dei ex nihilo eſſe conflatam [b] : quod opus niſi ab uno inchoari, perficique non potuit : jam intelliget, multo facilius ab uno regi [c], quod eſt ab uno conſtitutum.

b *Ex nihilo eſſe conflatam*. Scilicet hujus operis immenſitatem : Heum. *conflatum* ſcilicet *opus*. Paullo confidentius videtur Bunemanno.

c *Multo facilius ab uno regi* Al. addunt *eſſe*, quod verbum minus neceſſarium novit etiam Bunem.

14.

Dicat fortaſſe aliquis, ne fabricari quidem tam immenſum opus mundi, niſi a pluribus potuiſſe: quamlibet [a] multos, quamlibet magnos faciat; quicquid in multis magnitudinis, poteſtatis, virtutis, majeſtatiſque poſuerit; id totum [b] in unum confero, & in uno [c] eſſe dico: ut tantum in eo ſit iſtarum rerum, quantum nec cogitari [d], nec dici poteſt.

a *Quamlibet* Adverbium eſt pro *quantumlibet* uſurpari ſolitum Lucr. lib. ii. ℣. 541.

. . . . *Quamlubet eſto*.

Quintil. lib. 1. cap. 1. *quamlibet parum*, & lib. xi. cap. ii. *quamlibet multa ſint* &c.

b *Id totum* Schottus *id ego totum*.

c *Et in uno* Al. *in unum*.

d *Nec cogitari* Al. *excogitare*.

15.

Qua in re, quoniam & ſenſu deficimus

mus [a], & verbis, quia neque tantum intelligentiæ lucem [b] pectus humanum, neque explanationem tantarum rerum capit lingua mortalis: idipſum intelligere nos oportet, ac dicere [c]. Video rurſus quid e contrario dici poſſit: Tales eſſe illos plures, qualem nos volumus unum.

a. *Et ſenſu deficimur* Heum. Codice non viſo ſic ſcribendum cenſuit. Al. *deficimus* Al. *deficimus* Al. *in ſenſu deficimus*. Vide ad lib. de Opif. Dei cap. ii. ſeg. 1. ubi *ſenſus* pro cognitione uſurpatur.

b *Neque tantam intelligentiæ lucem* Al. *tantæ intelligentiæ*. Legit Schottus nobiſcum.

c *Id ipſum intelligere nos oportet, ac dicere* Al. *nec intelligere oportet, nec dicere*.

16.

At hoc [a] fieri nullo pacto poteſt, quod ſingulorum poteſtas progredi longius non valebit, occurrentibus ſibi poteſtatibus cæterorum. Neceſſe eſt enim, ut ſuos quiſque limites aut tranſgredi nequeat: aut, ſi tranſgreſſus fuerit, ſuis alterum finibus pellat.

a *At hoc*. Sic Schottus. Al. *quoniam*.

17.

Non vident qui Deos multos eſſe credunt, fieri poſſe, ut aliquid diverſum velint: ex qua re diſceptatio inter eos: & certa-

tamen oriatur, ſicut * Homerus bellantes inter ſe Deos finxit [a]: cum alii Trojam capi vellent, alii repugnarent [b].

---

* Hom. Iliad. L. xx. a ℣. 4.

a *Sicut Homerus bellantes inter ſe Deos finxit.* Homerus L. xx. Schott. v. Iliad. ſub initio Deos deſcribere incipit, partium ſtudio diſtractos; Trojanis partim, partim Achivis pugnantibus ſeſe adjunxiſſe bellatores, quod commentum non ſolum Chriſtiani Scriptores adverſus Ethnicos agentes, verum etiam Gentilium ſapientiſſimi deriſerunt. Videſis Ciceron. L. ii. *de Nat. Deor.* ubi ait: *Hæc & dicuntur, & creduntur ſtultiſſime, & plena ſunt falſitatis, ſummaque levitatis*: Adde Platon. L. ii. *de Republ.*, & Proclum Lycium, qui Homerum fruſtra a Platonis cenſura liberare geſtit.

b *Alii Trojam capi vellent, alii repugnarent.* Ovid. Triſtium L. 1. Eleg. ii. ℣. 5.

Mulciber in Trojam, pro Troja ſtabat Apollo:
Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.

18.

Unius igitur arbitrio mundum regi neceſſe eſt. Niſi enim ſingularum partium poteſtas ad unam providentiam referatur; non poterit ſumma ipſa conſtare: [a] unoquoque nihil

---

a. *Non poterit ſumma ipſa conſtare.* Sic legit etiam Schottus. Adde *poteſtas*, inquit Langlet. ex edit. Colon. an. MDXLIV. Sed vox illa omnino eliminanda, Nam etiam in parvis, ut bene notavit Cellarius, elegan-

nihil curante amplius, quam quod ad eum proprie pertinet [b]: ſicut ne res quidem militaris, niſi unum habeat ducem, atque rectorem.

gantia quærenda eſt Authore noſtro digna. Vide Epitom. cap. ii. ſeg. 3., & *de Ira D.* xi. 3. ubi idem argumentum iiſdem fere verbis Noſter pertractat, & *rerum ſummam* intelligit. Al. recitata verba diverſimode diſponunt. Vide infra ſeg. 19. n. 4.

b *Proprie pertinet* Al. *pertineat* Schottus noſtram præfert lectionem.

19.

Quod ſi in uno exercitu tot fuerint imperatores [a] quot legiones [b], quot cohortes, quot cunei, quot alæ: primum nec inſtrui poterit acies, unoquoque periculum recuſante: nec regi facile, aut temperari [c], quod ſuis propriis conſiliis utantur omnes: quorum diverſitate [d] plus noceant, quam proſint. Sic in hoc rerum naturæ imperio, niſi unus fuerit, ad quem totius ſumma cura [e] referatur, univerſa ſolventur, & corruent [f]. Di-

a *Imperatores* Heic idem valent, ac *Summi Duces.*

b *Quot legiones, quot cohortes* &c. Bon. *quod legiones, quod cohortes.* Sic ſæpe iſthæc voces a Noſtro ſcribuntur. De his, & ſequentibus exercituum partibus vide Diſſ. xxvii. cap. iv. §. xi.

c *Ac temperari* Al. *aut temperari.*

Quo-

d *Quorum diverſitate* Al. *diverſitates*.

e *Totius ſumma cura* Al. *totius ſummæ curæ* forte melius; ut heic ſcite notat Bunem. ex lib. 1. cap. v. ſeg. 18., & Epitom. IV. ſeg. 2. ubi Noſter Deum appellat *ſumma totius artificem*, *Gubernatorem*.

f *Corruent* Bon. *conruent*.

20.

Dicere autem, multorum arbitrio regi mundum, tale eſt, quale [a] ſi quis affirmet, in uno corpore multas eſſe mentes: quoniam multa, & varia ſint miniſteria membrorum [b]: ut ſingulos corporis ſenſus, ſingulæ mentes regere credantur: item multi affectus [c], quibus commoveri [d] ſolemus vel ad iram [e], vel ad cupiditatem, vel ad lætitiam, vel ad metum, vel ad miſerationem [f]: ut in his omnibus totidem mentes putentur operari [g]. Quod ſi quis profecto dicat: ne ipſam quidem, quæ una eſt, habere videatur.

Quid

a *Tale eſt*, *quale*. Hunc elegantem particularum hujuſmodi uſum ab iis, qui de illis ſcripſerunt, prætermiſſum fuiſſe, notat heic Bunem.

b *Multas eſſe mentes*, *quoniam multa*, *& varia ſint miniſteria membrorum* Al. *ſunt* cap. XI. ſeg. 4. *de Ira Dei* hæc mirifice illuſtrantur.

c *Item multi affectus*. Ne putes Lactantium heic

cum

cum illis quibuſdam ſentire, qui vel negant, plures eſſe paſſiones, & animi motus, vel ad duplex ſolummodo genus eas omnes cum Cyrenaicis reducunt, quibus diverſimode commovemur; ſed attende vim argumenti in hoc eſſe ſitam, quod ſcilicet non bene eruitur, plurimas eſſe mentes in eodem homine, quia plurimi ſunt in ejus animo diverſi motus; nam ſicut ad varia miniſteria membrorum, ita ad varios animi affectus regendos, ac in ordinem retinendos mens una ſatis eſſe debet, & poteſt. Al. *multi effectus*.

d *Quibus commoveri* Gronovius ex membranis ſuis emendavit *ſiquidem commoveri*, ſed omnes Codd. noſtri, & impreſſi libri *quibus* conſtanter legunt.

e *Vel ad Iram* &c. vide Diſſ. XXVIII. cap. ii.

f *Vel ad miſerationem* Bon. *admirationem* Schottus *ad miniſtrationem* vide infra L. VI. c. XII. *de Ira* cap. XVI. Item lib. VI. cap. XIV. ſeg. 7.

g *Putentur operari*. Hiſce verbis quædam exemplaria finem imponunt cap. iii., & a ſequenti IV. auſpicantur. Schottus *videantur operari*.

21.

Quod ſi in uno corpore tantarum rerum [a] gubernationem mens una poſſidet [b], & uni-

a *Tantarum rerum* I. e. *tam multarum*, ſeu *tam magnarum* Cic. IV. Acad. 3. *Tantus ergo Imperator* V. Tuſcul. 26. *In his tot, ac tantis malis* Terent. Andr. 1. ỳ. 18.

Tantamne rem tam negligenter agere?

Virg.

univerſis ſimul [c] intenta eſt: cur aliquis exiſtimet, mundum non poſſe ab uno regi, a pluribus poſſe? Quod quia intelligunt iſti aſſertores Deorum: ita eos præeſſe [d] ſingulis rebus, ac partibus [e] dicunt: ut tamen [f] unus ſit rector eximius.

Virg. III. Georg. ℣. 112.

Tantus amor laudum &c.

Et v. Æn. ℣. 465.

. . . . . . *Quæ tanta animum dementia cæpit?*

Plaut. Pœn. v. iv. ℣. 105.

Quum hac me lætitia tanta, & tantis affeciſtis gaudiis &c.

b *Gubernationem mens una poſſidet* Al. *mens humana*. De Ira xi. ſeg. 5. *Corpus omne niſi ab una mente incoli, regique non poteſt* Schottus, & Aldus nobiſcum legunt.

c *Univerſis ſimul* Bon. & Aldus *ſemel* prave, ut ſæpe in hiſce vocibus ſolent librarii peccare.

d *Ita eos præeſſe* Schottus *ita Deos*.

e *Singulis rebus, ac partibus*. In membranis Gronovianis legebatur *partium* cum charactere ſuperpoſito, ex quo Criticus ille acerrimus *partitim* reſcripſit; ſed quamvis ingenioſa ſit conjectura, non tamen video eam ab aliquo receptam fuiſſe.

f *Ut tamen* Al. *ut tantum*. Sic etiam Aldus.

22.

Jam ergo cæteri dii non erunt [a], ſed ſatel-

---

a *Cæteri Dii non erunt*. Secundam vocem poſtponit

ſatellites, ac miniſtri, quos ille unus maximus, & potens omnium [b] officiis his præfecerit [c]: ut ipſi ejus imperio, ac nutibus ſerviant. Si univerſi pares non ſunt: Nec enim [d] poteſt hoc idem eſſe, quod ſervit, & quod dominatur.

ponit Aldus. Schottus vero legit: *Jam ergo cuncti Dii non erunt* &c. Vide infra cap. VII. ſeg. 5. Etiam Ethnicorum Sapientes hanc veritatem noviſſe Maximi Tyrii verba demonſtrant Diſſertatione prima, in qua ait: *In hoc leges ubique terrarum, atque opiniones convenire videbis: Deum eſſe unum, Regem omnium, & Patrem. Multos additos eſſe Deos alios, qui ſupremi illius filii ſint, & quaſi in Imperio collegæ. In eo Græcus cum Barbaro, ſapiens conſenſit cum ſtulto* &c.

b *Et potens omnium* Al. *parens omnium*, ut infra c. v. ſeg. 6., & L. ii. c. XVI. ſeg. 5. &c. Schott. *ac potens*.

c *Præfecerit ut* Al. cum Iſæo *præficerit* Al. *præfecit*, & ſic Aldus & Schottus.

d *Nec enim* Schottus *ſed non*.

23.

Nam ſi Deus nomen eſt [a] ſummæ poteſtatis, incorruptibilis eſſe debet: perfectus, impaſſibilis [b] nulli rei ſubjectus. Ergo Dii non

a *Nam ſi Deus nomen eſt* &c. Al. *eſt nomen*.

b *Incorruptibilis eſſe debet, perfectus, impaſſibilis*. Prima, & ultima ex his vocibus habentur pro Ec-

non ſunt, quos parere uni maximo Deo neceſſitas cogit.

Eccleſiaſticis, vix Tertulliano antiquioribus Bon. *inpaſſibilis* Cicer. paſſive dixit *impatibilis* lib. ii. de Finib. Vide Diſſ. xxi. ſ.1.

24.

Sed quia non fruſtra falluntur ii, qui hoc ita putant [a] :cauſſam hujus erroris paullo poſt aperiemus. Nunc unitatem divinæ poteſtatis teſtimoniis comprobemus [b].

a *Qui hoc ita putant* Al. *ita eſſe putant* Al. *qui hoc putant*.

b *Teſtimoniis comprobemus*. En apud recentiores omnes tertii Capitis exitus, quibus Aldus præiverat.

CAPUT IV.

1.

PRophetæ, qui fuerunt admodum multi [a] unum Deum prædicant, unum loquuntur [b]: quippe qui unius Dei ſpiritu pleni [c], quæ futura eſſent, pari & conſona voce prædixerunt [d].

At

a *Prophetæ, qui fuerunt admodum multi* Bon. *quia fuerunt* Al. *fuerant*. *Hebræi*, inquit *Walchius numerant*

rant Prophetas XLVIII. *Vid. Bartolocci Bibl. Rabbin. tom.* III. *p.* 456. *A Chriſtianis ſcriptoribus obſervantur LXX. prophetæ , & X. Prophetides . Vide Cotel. ad lib. IV. Conſt. Apoſt. cap. VI.* At adeo crebra ſunt in ſcripturis ſanctis Prophetarum Vaticinia , tot prophetico lumine viri , ac mulieres a Deo fuerunt donati , quorum nec nomina , nec aliqua extant monumenta , ut minime ad certum numerum reduci poſſe videantur . Vide Diſſ. noſtram xxiv. c. 1. ſ. vi., & Diſſ. xl. c. 1. a §. 1.

b *Unum loquuntur* Bon. *locuntur* : ſic ſemper .

c *Qui unius Dei ſpiritu pleni* Apoſtolus Epiſt. ii. ad Timoth. iii. 16. *Omnis ſcriptura divinitus inſpirata* & ii. Petri c. 1. 21. *Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia : ſed Spiritu Sancto inſpirati , locuti ſunt Sancti Dei homines* . Ideoque Spiritum Sanctum Chriſtiani omnes eum eſſe credimus. *Qui locutus eſt per Prophetas*, ut in Symbolo Conſtantinopolitano habetur.

d *Pari , & conſona voce prædixerunt* Schottus *prædixerint* . Nullum heic Prophetarum Vaticinium affert Lactantius ad id probandum , quod aſſerit ; quare autem id fecerit , ipſemet profitetur infra cap. ſeq. ſeg. 1. L. v. cap. 1. ſeg. 15. , idemque innuit L. iv. cap. v. a ſeg. 3. antequam id demonſtret , quod heic, ut exploratum ſupponit . Antiquorum , recentiorumque atheorum , Naturaliſtarum , ſeu quorumcumque divinæ revelationis oſorum molimina , quibus hanc viritatem labefactare hactenus fruſtra conati ſunt , ſedulo a nobis Diſſertatione xxix. cap. 1. a ſ. 1. & ſeqq. expenduntur .

2.

At enim a veritatis expertes , non putant

tant his eſſe credendum . Illas enim non divinas , ſed humanas voces fuiſſe ajunt [b] . Videlicet quia [c] de uno Deo præconium faciunt , aut inſani , aut fallaces fuerunt [d] .

---

a *At enim* Al. *Etenim* Prave . Nam , ut bene annotavit Bunem. delectatur his particulis elegantibus Lactantius , quibus reſpondent *ſed enim* , *verum enim*, *ſed vero* , *jam vero* , *at jam* &c. Cicer. *pro leg. Manil.* *At enim vir clariſſimus* &c. Terent. Heaut: IV.iii. 21. *At enim iſthoc nihil eſt magis* , *Syre* , *meis nuptiis adverſum* &c.

b *Non divinas* , *ſed humanas fuiſſe voces* , *ajunt*. Al. *humanas voces fuiſſe* . Aldus noſtram lectionem reſtituit . Inter antiquos in primis id aſſeruere Celſus , Porphirius , & Apoſtata Julianus. Inter recentiores vero Spinoza , Hobbeſius , Tolandus , Collinus , & alii quidam hominum nequiſſimi , de quibus ubi ſupra commodior erit loquendi locus .

c *Videlicet* , *quia* &c. Ironice eos Plautino ſale conſpergit, quod non raro, & non ſine Chriſtiana gravitate Lactantium egiſſe in hiſce libris obſervavimus .

d *Aut fallaces fuerunt* . Sic emendavit Aldus Al. *mendaces* . Infra ſeg. 4., & 8. , ac lib. v. cap. ii. ſeg. 17. lectionem noſtram dicta confirmant .

3.

Atquin completa eſſe [a] in pleriſque quotidie

D

---

a *At quin completa eſſe* &c. Bon. *ad quin* Al. *atqui impleta* Al. *atque impleta* : Walchius . *Optime* , inquit , *at qui* pro *at vero* . Noſtram lectionem propu-

tidie illorum vaticinia videmus [b] : & in unam ſententiam congruens divinatio docet ,' non fuiſſe furioſos [c]. Quis enim mentis emotæ [d] , non modo futura præcinere [e] , ſed etiam cohærentia loqui [f] poſſit ?

Num-

---

pugnat Iſæus , cujus exemplis ſatis erit Plauti authoritatem addere Rud. III. IV. 55.

At quin , quia vetas .

Schottus *ut quin* ex Cod. Cæſaraug. legit. Sed Aldus ex Longobardico noſtram retinet lectionem.

b *Implerique quotidie illorum Vaticinia videmus:* Bon. *in pleriſque cotidie* &c. Codicis noſtri lectionem non ſequor , quia alii ab ea diſcedunt, ut Gronovii Membranæ , Schottus ex Ceſaraug., Caucius , & Romani plerique . Walchio Heumanni *Parerga critica p.* 32. *ſeq.* , laudanti , gloſſema , ut ajunt , ſapere ea verba videntur ; at Heum. in ſua editione *juſtiſſimam emendationem* appellat Gronovianam ex *obſ. in Script. Eccl. cap.* XVII. &c.

c *Non fuiſſe furioſos* . Furore quodam percitos vates ſuos putabant Ethnici , ſive quia illi tales videri affectabant , ſive quia a pravis ſpiritibus agitabantur , quum obſcura redderent oracula . Hebræi vero poſt illapſum Spiritus Sancti in Apoſtolos die Pentecoſtes , audientes illos variis linguis loquentes, ac prophetantes, muſto medere , ebrioſque eos eſſe crediderunt , & ſic irridentes , traducebant ; ut habetur in *Act. Apoſt.* cap. ii. ℣. 13. , vide infra in hoc eodem Seg.

d *Quis enim mentis emotæ* . Coarguit Lactantius talia de Prophetis aſſerentes ; quum fieri nequeat , ut futura , quæ impleri in dies noſcebantur , ſimul-

que

que invicem cohærentia erant , ordinate prædicerentur ab iis , qui mentem furore motam haberent . Hi enim nec ſe , nec alios norunt , omniaque confundunt , ac peſſumdant ; quo morbi genere agitatos poetæ deſcribunt Ajacem , Alcmæonem , Athamantem , Oreſtem , quibus non ſolum Futura , ſed ne præſentia quidem , quæ ante oculos habent cognita eſſe poſſunt ; ut oſtendimus Diſſ. XXV. cap. VII. ſ. XVII. Alii legunt *mentis amotæ* Lact. lib. IV. cap. XXVII. ſeg. 2. *hominumque mentes emotas , & malis incurſibus furiatas , in ſenſus priſtinos reponebant .*

e *Non modo futura præcinere* Al. *prædicere* Prophetarum præcinere proprium eſt ; nam *præcino* ex Sypontino idem eſt , ac *prædico , prædivino* , & interdum *antecanto* . Paſſim in ſcripturis ſanctis legimus , viros divino ſpiritu actos pſallendo , & cantando futura prædixiſſe . Sic S. P. N. Eliſeus lib. IV. Regum c. iii. ℣. 15. Quum Vaticinari Deo plenum ſe debere cognovit , fidicinem ludere juſſit . Sic David quum arcam fœderis de domo Obededom Hieroſolymam reduceret , ſeptem cantantium Choris ſtipatus , pſalmos divinos canendo , ſtrenue ſaltabat L. ii. Reg. cap. VI. a ℣. 12. Hinc perperam Manichæi , Gnoſtici , Nicolaitæ vatem futurorum fuiſſe regem illum negabant , quos imitatus eſt Theodorus Mopſuſtenus, ut habetur in *Actis* v. *Synodi* . Hinc etiam Corybantes , Baccanaliorum Duces , aliique profanarum Gentium Sacerdotes , Cymbalorum , & Tympanorum ſtrepitu in furorem agitari a Dæmonibus dicebantur , ut de more Vaticinia promere viderentur , quum plerumque ſtolidæ plebi turpiter , impieque mendaciis fucatis illuderent . Vide Diſſ. XXVI. ſ. XXVI.

f *Sed etiam cohærentia loqui* &c. Laurentius Valla L. iii. *Elegant.* cap. XXVII. extrem. *Dicendum erat* , inquit ,

inquit, *Sed vel cohærentia* &c. Aut *Sed ſaltem*, aut *Sed certe cohærentia poſſit loqui*. Niſi fortè culpa librarii eſt. Perzonius vero *ad Sanctii Minervam* lib. IV. c. VII. n. 6. pag. 697. heic a Bunem. laudatus ſic eidem reſpondet. *Progreditur Lactantius a Majore ad minus*, *Nulla hic culpa librarii*, *nulla Lactantii*. *Oratio eſt interrogans*, *quæ involuit negationem rei interrogatæ*. *Jam in negatione directa prius utique negamus in rebus facultatis difficiliora*, *& ita progreditur ad neganda etiam faciliora* : *veluti*: Homo emotæ mentis non modo futura prædicare non poteſt, ſed etiam cohærentia loqui non poteſt, *vel*, *ex uſu linguæ ſolebant veteres*: Homo emotæ mentis non modo *futura prædicare*, *ſed ne cohærentia quidem loqui poteſt*.

4.

Num ergo fallaces erant? [a] Quid ab his tam longe alienum fuit, [b] quam ratio fallendi, quum cæteros ab omni fraude cohiberent? Iccirco enim a Deo mittebantur, ut & præcones eſſent majeſtatis ejus, & correctores pravitatis humanæ [c].

Præ-

a *Num ergo fallaces erant?* Schottus lineam ducit ſub penultima voce Al. *Non ergo* &c. puncto interrogationis ſublato. Al. ſtatim addunt, *qui talia loquebantur?* Quæ tamen etiam ab Aldo delentur.

b *Tam longe alienum fuit*. Hocce ultimum verbum deeſt in nonnullis, quod tamen addendum eſſe æſtimavit Heum.

Et

c *Et Correctores pravitatis humanæ*. Schottus ultimam vocem punctis quibuſdam inſignivit. Al. *correptores*. Apud Gruterum tab. CCLXXIX. n. 4. *Corrector Italiæ*. Sic ſæpe apud eundem. Eorum munus erat regere, gubernare, & emendare populos, a Republica, & Imperatoribus illis aſſignatos. Vide *Herm.* in *L. Omnibus, de Offic. Præſid.*

5.

Præterea voluntas fingendi, ac mentiendi eorum eſt, qui opes appetunt, qui lucra deſiderant: [a] quæ res procul ab illis ſanctis viris abſunt [b].

a *Qui lucra deſiderant*. Primam vocem non omnes habent.

b *Quæ res procul ab illis ſanctis viris abſuit*. Bon. *affuit* Aldus noſtram lectionem retinet. Al. *procul fuit* Al. *procul dubio* Al. *procul ab illis fuit* ſic etiam Schottus.

6.

Ita enim delegato ſibi officio [a] functi ſunt, ut derelictis omnibus ad tutelam vitæ neceſſariis [b], non modo in futurum [c] ſed ne in diem quidem laborarent, [d] contenti extemporali cibo [e], quem Deus ſubminiſtraſſet, & hi non modo quæſtum non ullum [f] habuerunt, ſed etiam cruciatus, atque mortem. D 3 Ama-

a *Delegato ſibi officio*. Phraſis Quintiliano, & Pli-

Plinio uſitata ; de qua vide heic Bunem.

b *Ad tutelam vitæ neceſſariis* Al. *ad cautelam* i. e. *ad vitam tuendam* , *ac ſuſtentandam* Cicer. pro L. Manil. junxit , *tueri* , *&* *conſervare* .

c *Non modo in futurum* Bunem. notat pro *non modo non* . More veterum , qui ſæpe negationem omittunt ubi alia ſequitur , ut heic *ne . . . quidem* .

d *Sed ne in diem quidem laborarent* . Idem L. iii. cap. xxv. ſeg. 12. *quibus in diem victus labore eſt quærendus* . His opponi videntur , quæ Apoſtolus I. ad Corinth. IV. ℣. 12. ſcribit. *Et laboramus operantes manibus noſtris* , & Act. Apoſt. XX. ver. 34. ait ; *Ipſi ſcitis ; quoniam ad ea , quæ mihi opus erant , & his, qui mecum ſunt , miniſtraverunt manus iſtæ* . Obſervandum ergo eſt , non de omnibus indiſcriminatim hæc dicta eſſe a Lactantio ; ſed de quibuſdam dumtaxat , & de iis præcipue , de quibus ſermo erat , nempe de Prophetis , qui eodem teſte Apoſtolo XI. ad Hebr. ver. 37. *Circumierunt in melotis* , *pellibus Caprinis* , *egentes* , *anguſtiati* , *afflicti* ; *quibus dignus non erat mundus : in ſolitudinibus errantes* , *in montibus* , *in ſpeluncis* , *& in Cavernis terræ* &c. Quæ cum ſequentibus apprime dictis ab Authore noſtro maxime congruunt .

e *Contenti extemporali cibo* . Al. *temporali* Al. *ex temporale* I. e. nullo ſtudio cibus eorum parabatur, quo contenti erant . Vel potius eum a Deo expectabant , ut de N. S. P. Elia habetur III. Regum. XVII. V. 6. cui ad *Torrentem Carith* ex præcepto Domini Sedenti , *Corvi panem* , *& carnes mane*, ac *veſpere deferebant* . Sic pane , & aqua contenti erant centum illi prophætæ , quos in ſpeluncis abſcondit , pavitque Abdias quum ad necem Jezabel eos exquireret III. Reg. cap. XVIII. ℣. 4. & 13.

Et

·f *Et hi non modo quæſtum non ullum* Al. *quæſtum nullum* Al. *quæſtum ullum* ſcilicet eodem ſenſu, nullo inſtituto ſibi quæſtu, vitam ſanctiſſime ducebant. Vide infra l. IV. cap. XI. a Seg. 3.

7.

Amara ſunt enim [a] vitioſis, ac male viventibus [b] præcepta juſtitiæ. Itaque ii [c], quorum peccata & arguebatur, & prohibebantur, excruciatos eos acerbiſſime necaverunt. [d] Ergo a quibus abfuit ſtudium lucri, abfuit etiam voluntas, & cauſſa fallendi [e].

 Quid

a *Amara ſunt enim* vide ſupra C. I. Seg. 7. l. 13. XXVI. 20. lib. V. IX. 6. l, VII. I. 22.

b *Ac male viventibus* Primas duas voces Schottus punctis appoſitis diſtinxit.

c *Itaque ii* Schottus primam vocem ſuſpectam habuit Bon. de more *hii*.

d *Acerbiſſime necaverunt* Inſolentiſſime Gothan. codex habet teſte Bunem. *acerberrime necaverunt* Al. *negaverunt* vide l. IV. cap. XI. Seg. 4., & cap. XVI. 21. l. V. cap. XXI. 6. de.

e *Abfuit enim voluntas, & cauſſa fallendi* Sic etiam Aldus. . Bon. *fuit* Al. *voluntas peccandi, & cauſſa fallendi* Tò *peccandi* ſuperfluit, nec apte heic inſertum eſt, ubi concludi debet, Prophetas nullam habuiſſe cauſſam, qua ii homines malitia in errorem inducere voluiſſe viderentur.

dem aliquid ad Paganorum vanitatem revincendam non tamen ad iſtorum auctoritatem amplectendam &c.

c *Qui non videat* Schottus *Quin non &c.*

d *ingerentem ſe oculis divinam claritatem* Al. *divinitatis claritatem* Seneca L. I. *de Ira* cap. XVI. *ingeritur oculis veritas* & Minuc. Felix *in Octav.* XVII. 3. *Ignorare nec fas, nec licet, ingerentem ſeſe oculis, & ſenſibus Cæleſtem veritatem* Ad quam authoritatem heic reſpexiſſe Lactantius viſus eſt Bunemanno.

3.

Poetæ igitur [a], quamvis Deos carminbus ornaverint, & eorum res geſtas amplificaverint ſummis laudibus: ſæpiſſime tamen confitentur, ſpiritu, vel mente una [b] contineri, regique omnia.

a *Poetæ igitur* Scite a Poetis auſpicatur, & quidem ab Orpheo, inter eos antiquiſſimo. Hoc autem ii omnes præſtiterunt, qui ante, & poſt Lactantium adverſus gentes ſcripſerunt, ut bene heic annotat Betuleius.

b *Spiritu, vel mente una* Quibus modis voces iſtas exponerent veteres, dictum eſt a nobis Diſſert. XXV. cap. VII. §. XIV.

4.

Orpheus [a], qui eſt [b] vetuſtiſſimus poetarum,

a *Orpheus* de eo vide Diſſ. XL. cap. LI. §. IV.

b *Qui eſt* Sic Aldus, & Schottus. Al. *Qui &*

rum, & æqualis ipſorum deorum [c] (ſiquidem traditur inter Argonautas [d] cum Tyndaridis [e] & Hercule [f] navigaſſe [g]) Deum verum & magnum,& πρωτόγονον [h], *primogenitum* appellat; quod ante ipſum nihil ſit genitum [i], ſed ab ipſo ſint cuncta generata: eundem etiam φάνητα, nominat [k], quod, quum adhuc [l] nihil eſſet, primus ex infinito apparuerit, & extiterit.

Cujus

c *Et æqualis ipſorum Deorum* ſcilicet ætate ſuppar.

d *Inter Argonautas*. Argonautæ ii appellati ſunt, qui Navem quandam quinquaginta remorum, *Argo*, ſive propter agilitatem, ſive ob longitudinem, vel potius ab Architecti nomine, dictam Colchos, Jaſone duce, Selectu in tota Græcia habito, ituri, conſcenderunt. Eorum nomina recenſentur ab Apollodoro Athenienſi Bibl. l. 1. *§.* 16., & ab Hygino fab. XIV., inter quos, Orpheum, Oeagri, & Calliopes Muſae filium fuiſſe, tradunt. Hujus fabulae originem vide Diſſ. XXVII. cap. III *§.* XXV.

e *Cum Tyndaridis* Schottus *Tyndaræis* Tyndaridae ſeu Tyndarides, Tyndari, ſive Tyndarei, OEbaliae Regis filii, Caſtor, & Pollux appellabantur. De iis vide ubi ſupra *§.* XXIV.

f *Et Hercule*. Nempe Thebano, Jovis & Alcmenæ filio, de quo ibidem *§.* XX.

g *Et magnum πρωτόγονον* Al. Copulam poſtponunt, ſed male: Nam quæ ſequitur vox latinam Graeci vocabuli expoſitionem continet, & a pleriſque pro gloſſemate habetur. Al. legunt πρωτόγονον, *ideſt primogenitum*.

Ni-

rant Prophetas XLVIII. *Vid. Bartolocci Bibl. Rabbin. tom.* III. *p.* 456. *A Chriſtianis ſcriptoribus obſervantur LXX. prophetæ , & X. Prophetides . Vide Cotel. ad lib. IV. Conſt. Apoſt. cap. VI.* At adeo crebra ſunt in ſcripturis ſanctis Prophetarum Vaticinia , tot prophetico lumine viri , ac mulieres a Deo fuerunt donati , quorum nec nomina , nec aliqua extant monumenta , ut minime ad certum numerum reduci poſſe videantur . Vide Diſſ. noſtram XXIV. c. 1. §. VI., & Diſſ. XL. c. 1. a §. 1.

b *Unum loquuntur* Bon. *locuntur* : ſic ſemper .

c *Qui unius Dei ſpiritu pleni* Apoſtolus Epiſt. ii. ad Timoth. iii. 16. *Omnis ſcriptura divinitus inſpirata* & ii. Petri c. 1. 21. *Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia : ſed Spiritu Sancto inſpirati , locuti ſunt Sancti Dei homines* . Ideoque Spiritum Sanctum Chriſtiani omnes eum eſſe credimus . *Qui locutus eſt per Prophetas*, ut in Symbolo Conſtantinopolitano habetur .

d *Pari , & conſona voce prædixerunt* Schottus *prædixerint* . Nullum heic Prophetarum Vaticinium affert Lactantius ad id probandum , quod aſſerit ; quare autem id fecerit , ipſemet profitetur infra cap. ſeq. ſeg. 1. L. v. cap. 1. ſeg. 15. , idemque innuit L. IV. cap. v. a ſeg. 3. antequam id demonſtret , quod heic, ut exploratum ſupponit . Antiquorum , recentiorumque atheorum , Naturaliſtarum , ſeu quorumcumque divinæ revelationis oſorum molimina , quibus hanc viritatem labefactare hactenus fruſtra conati ſunt , ſedulo a nobis Diſſertatione XXIX. cap. 1. a §. 1. & ſeqq. expenduntur .

2.

At enim a veritatis expertes, non putant

tant his eſſe credendum . Illas enim non divinas , ſed humanas voces fuiſſe ajunt [b] . Videlicet quia [c] de uno Deo præconium faciunt , aut inſani , aut fallaces fuerunt [d] .

---

a *At enim* Al. *Etenim* Prave . Nam , ut bene annotavit Bunem. delectatur his particulis elegantibus Lactantius , quibus reſpondent *ſed enim* , *verum enim*, *ſed vero* , *jam vero* , *at jam* &c. Cicer. *pro leg. Manil. At enim vir clariſſimus* &c. Terent. Heaut: iv.iii. 21. *At enim iſthoc nihil eſt magis , Syre , meis nuptiis adverſum* &c.

b *Non divinas , ſed humanas fuiſſe voces , ajunt.* Al. *humanas voces fuiſſe* . Aldus noſtram lectionem reſtituit . Inter antiquos in primis id aſſeruere Celſus , Porphirius , & Apoſtata Julianus.Inter recentiores vero Spinoza , Hobbeſius , Tolandus , Collinus , & alii quidam hominum nequiſſimi , de quibus ubi ſupra commodior erit loquendi locus .

c *Videlicet , quia* &c. Ironice eos Plautino ſale conſpergit, quod non raro, & non ſine Chriſtiana gravitate Lactantium egiſſe in hiſce libris obſervavimus .

d *Aut fallaces fuerunt* . Sic emendavit Aldus Al. *mendaces* . Infra ſeg. 4.,& 8. , ac lib. v. cap. ii. ſeg.17. lectionem noſtram dicta confirmant .

3.

Atquin completa eſſe [a] in pleriſque quo-

---

a *At quin completa eſſe* &c. Bon. *ad quin* Al. *atqui impleta* Al. *atque impleta* : Walchius . *Optime* , inquit , *at qui* pro *at vero* . Noſtram lectionem pro-

tidie illorum vaticinia videmus [b] : & in unam ſententiam congruens divinatio docet ,' non fuiſſe furioſos [c] . Quis enim mentis emotæ [d] , non modo futura præcinere [e] , ſed etiam cohærentia loqui [f] poſſit ?

Num•

---

pugnat Iſæus , cujus exemplis ſatis erit Plauti authoritatem addere Rud. III. IV. 55.

At quin , quia vetas .

Schottus *ut quin* ex Cod. Cæſaraug. legit . Sed Aldus ex Longobardico noſtram retinet lectionem .

b *Implerique quotidie illorum Vaticinia videmus:* Bon. *in pleriſque cotidie* &c. Codicis noſtri lectionem non ſequor , quia alii ab ea diſcedunt , ut Gronovii Membranæ , Schottus ex Ceſaraug., Caucius , & Romani plerique . Walchio Heumanni *Parerga critica p.* 32. *ſeq.* , laudanti , gloſſema , ut ajunt , ſapere ea verba videntur ; at Heum. in ſua editione *juſtiſſimam emendationem* appellat Gronovianam ex *obſ. in Script. Eccl. cap.* XVII. &c.

c *Non fuiſſe furioſos* . Furore quodam percitos vates ſuos putabant Ethnici , ſive quia illi tales videri affectabant , ſive quia a pravis ſpiritibus agitabantur , quum obſcura redderent oracula . Hebræi vero poſt illapſum Spiritus Sancti in Apoſtolos die Pentecoſtes , audientes illos variis linguis loquentes, ac prophetantes, muſto medere , ebrioſque eos eſſe crediderunt , & ſic irridentes , traducebant ; ut habetur in *Act. Apoſt.* cap. ii. ℣. 13. , vide infra in hoc eodem Seg.

d *Quis enim mentis emotæ* . Coarguit Lactantius talia de Prophetis aſſerentes ; quum fieri nequeat , ut futura , quæ impleri in dies noſcebantur , ſimulque

que invicem cohærentia erant , ordinate prædicerentur ab iis , qui mentem furore motam haberent . Hi enim nec ſe , nec alios norunt , omniaque confundunt , ac peſſumdant ; quo morbi genere agitatos poetæ deſcribunt Ajacem , Alcmæonem , Athamantem , Oreſtem , quibus non ſolum futura , ſed ne præſentia quidem , quæ ante oculos habent cognita eſſe poſſunt ; ut oſtendimus Diſſ. XXV. cap. VII. ſ. XVII. Alii legunt *mentis amotæ* Lact. lib. IV. cap. XXVII. ſeg. 2. *hominumque mentes emotas , & malis incurſibus furiatas , in ſenſus priſtinos reponebant* .

e *Non modo futura præcinere* Al. *prædicere* Prophetarum præcinere proprium eſt ; nam *præcino* ex Sypontino idem eſt , ac *prædico , prædivino* , & interdum *antecanto* . Paſſim in ſcripturis ſanctis legimus , viros divino ſpiritu actos pſallendo , & cantando futura prædixiſſe . Sic S. P. N. Eliſeus lib. IV. Regum c. iii. ℣. 15. Quum Vaticinari Deo plenum ſe debere cognovit , fidicinem ludere juſſit . Sic David quum arcam fœderis de domo Obededom Hieroſolymam reduceret , ſeptem cantantium Choris ſtipatus , pſalmos divinos canendo , ſtrenue ſaltabat L. ii. Reg. cap. VI. a ℣. 12. Hinc perperam Manichæi , Gnoſtici , Nicolaitæ vatem futurorum fuiſſe regem illum negabant , quos imitatus eſt Theodorus Mopſuſtenus, ut habetur in *Actis* v. *Synodi* . Hinc etiam Corybantes , Baccanaliorum Duces , aliique profanarum Gentium Sacerdotes , Cymbalorum , & Tympanorum ſtrepitu in furorem agitari a Dæmonibus dicebantur , ut de more Vaticinia promere viderentur , quum plerumque ſtolidæ plebi turpiter , impieque mendaciis fucatis illuderent . Vide Diſſ. XXVI. ſ. XXVI.

f *Sed etiam cohærentia loqui* &c. Laurentius Valla L. iii. *Elegant.* cap. XXVII. extrem. *Dicendum erat* ,

D 2 inquit ,

inquit, *Sed vel cohærentia* &c. Aut *Sed ſaltem*, aut *Sed certe cohærentia poſſit loqui*. Niſi forte culpa librarii eſt. Perzonius vero *ad Sanctii Minervam* lib. IV. c. VII. n. 6. pag. 697. heic a Bunem. laudatus ſic eidem reſpondet. *Progreditur Lactantius a Majore ad minus. Nulla hic culpa librarii, nulla Lactantii. Oratio eſt interrogans, quæ involuit negationem rei interrogatæ. Jam in negatione directa prius utique negamus in rebus facultatis difficiliora, & ita progreditur ad neganda etiam faciliora: veluti:* Homo emotæ mentis non modo futura prædicare non poteſt, ſed etiam cohærentia loqui non poteſt, *vel, ex uſu linguæ ſolebant veteres:* Homo emotæ mentis non modo *futura prædicare, ſed ne cohærentia quidem loqui poteſt*.

4.

Num ergo fallaces erant? [a] Quid ab his tam longe alienum fuit, [b] quam ratio fallendi, quum cæteros ab omni fraude cohiberent? Iccirco enim a Deo mittebantur, ut & præcones eſſent majeſtatis ejus, & correctores pravitatis humanæ [c].

Præ-

a *Num ergo fallaces erant?* Schottus lineam ducit ſub penultima voce Al. *Non ergo* &c. puncto interrogationis ſublato. Al. ſtatim addunt, *qui talia loquebantur?* Quæ tamen etiam ab Aldo delentur.

b *Tam longe alienum fuit*. Hocce ultimum verbum deeſt in nonnullis, quod tamen addendum eſſe æſtimavit Heum.

Et

c *Et Correctores pravitatis humanæ*. Schottus ultimam vocem punctis quibuſdam inſignivit. Al. *correptores*. Apud Gruterum tab. CCLXXIX. n. 4. *Corrector Italiæ*. Sic ſæpe apud eundem. Eorum munus erat regere, gubernare, & emendare populos, a Republica, & Imperatoribus illis aſſignatos. Vide *Herm.* in *L. Omnibus, de Offic. Præſid.*

5.

Præterea voluntas fingendi, ac mentiendi eorum eſt, qui opes appetunt, qui lucra deſiderant: [a] quæ res procul ab illis ſanctis viris abſunt [b].

a *Qui lucra deſiderant*. Primam vocem non omnes habent.

b *Quæ res procul ab illis ſanctis viris abſuit*. Bon. *affuit* Aldus noſtram lectionem retinet. Al. *procul fuit* Al. *procul dubio* Al. *procul ab illis fuit* ſic etiam Schottus.

6.

Ita enim delegato ſibi officio [a] functi ſunt, ut derelictis omnibus ad tutelam vitæ neceſſariis [b], non modo in futurum [c] ſed ne in diem quidem laborarent, [d] contenti extemporali cibo [e], quem Deus ſubminiſtraſſet, & hi non modo quæſtum non ullum [f] habuerunt, ſed etiam cruciatus, atque mortem. Ama-

a *Delegato ſibi officio*. Phraſis Quintiliano, & Pli-

Plinio uſitata ; de qua vide heic Bunem.

b *Ad tutelam vitæ neceſſariis* Al. *ad cautelam* i. e. *ad vitam tuendam* , *ac ſuſtentandam* Cicer. pro L. Manil. junxit, *tueri* , *&* *conſervare* .

c *Non modo in futurum* Bunem. notat pro *non modo non* . More veterum , qui ſæpe negationem omittunt ubi alia ſequitur , ut heic *ne ... quidem* .

d *Sed ne in diem quidem laborarent* . Idem L. iii. cap. xxv. ſeg. 12. *quibus in diem victus labore eſt quærendus* . His opponi videntur , quæ Apoſtolus I. ad Corinth. IV. ℣. 12. ſcribit. *Et laboramus operantes manibus noſtris* , & Act. Apoſt. XX. ver. 34. ait ; *Ipſi ſcitis ; quoniam ad ea , quæ mihi opus erant , & his, qui mecum ſunt , miniſtraverunt manus iſtæ* . Obſervandum ergo eſt , non de omnibus indiſcriminatim hæc dicta eſſe a Lactantio ; ſed de quibuſdam dumtaxat , & de iis præcipue , de quibus ſermo erat , nempe de Prophetis , qui eodem teſte Apoſtolo XI. ad Hebr. ver. 37. *Circumierunt in melotis* , *pellibus Caprinis* , *egentes* , *anguſtiati* , *afflicti* ; *quibus dignus non erat mundus : in ſolitudinibus errantes* , *in montibus* , *in ſpeluncis* , *&* *in Cavernis terræ* &c. Quæ cum ſequentibus apprime dictis ab Authore noſtro maxime congruunt.

e *Contenti extemporali cibo* . Al. *temporali* Al. *ex temporale* I. e. nullo ſtudio cibus eorum parabatur, quo contenti erant . Vel potius eum a Deo expectabant , ut de N. S. P. Elia habetur III. Regum. XVII. V. 6. cui ad *Torrentem Carith* ex præcepto Domini Sedenti , *Corvi panem* , *&* *carnes mane, ac veſpere deferebant*. Sic pane , & aqua contenti erant centum illi prophætæ , quos in ſpeluncis abſcondit , pavitque Abdias quum ad necem Jezabel eos exquireret III. Reg. cap. XVIII. ℣. 4. & 13.

Et

f *Et hi non modo quæſtum non ullum* Al. *quæſtum nullum* Al. *quæſtum ullum* ſcilicet eodem ſenſu, nullo inſtituto ſibi quæſtu, vitam ſanctiſſime ducebant. Vide infra l. IV. cap. XI. a Seg. 3.

7.

Amara ſunt enim [a] vitioſis, ac male viventibus [b] præcepta juſtitiæ. Itaque ii [c], quorum peccata & arguebatur, & prohibebantur, excruciatos eos acerbiſſime necaverunt. [d] Ergo a quibus abfuit ſtudium lucri, abfuit etiam voluntas, & cauſſa fallendi [e].

a *Amara ſunt enim* vide ſupra C. I. Seg. 7. l. 13. XXVI. 20. lib. V. IX. 6. l, VII. I. 22.

b *Ac male viventibus* Primas duas voces Schottus punctis appoſitis diſtinxit.

c *Itaque ii* Schottus primam vocem ſuſpectam habuit Bon. de more *hii*.

d *Acerbiſſime necaverunt* Inſolentiſſime Gothan. codex habet teſte Bunem. *acerberrime necaverunt* Al. *negaverunt* vide l. IV. cap. XI. Seg. 4., & cap. XVI. 21. l. V. cap. XXI. 6. de.

e *Abfuit enim voluntas, & cauſſa fallendi* Sic etiam Aldus.. Bon. *fuit* Al. *voluntas peccandl, & cauſſa fallendi* Tò *peccandi* ſuperfluit, nec apte heic inſertum eſt, ubi concludi debet, Prophetas nullam habuiſſe cauſſam, qua ii homines malitia in errorem inducere voluiſſe viderentur.

8.

Quid, quod aliqui eorum principes aut etiam reges [a] fuerunt, in quos cadere non poteſt [b] ſuſpicio cupiditatis, ac fraudis, & tamen præconium Dei ſingularis [c], eadem, qua cæteri, divinatione fecerunt?

a *Principes, aut etiam Reges* Inter primos recenſendus Iſaias, de quo vide diſſ. XL. c. I. ſ. IX. Inter ſecundos David, et Salomon, de quibus ibidem ſ. V. & VI.

b *Cadere non poteſt* Sic etiam Aldus Al. *non poſſet* Al. *cadere ſuſpicio cupiditatis, ac fraudis non poteſt*.

c *Præconium Dei ſingularis* I. E. *unius*, & *ſolius*. Modus Lactanctio noſtro frequens ad divinam in eſſentia unitatem exprimendum.

CAPUT V.

1.

SEd omittamus ſane teſtimonia Prophetarum, ne minus idonea probatio videatur eſſe, quibus de his omnino non creditur [a].

Ve-

a *Ne minus idonea probatio vedeatur eſſe, de quibus his omnino non creditur* Sic Aldus, & Schotrus, Al. *de his, quibus* Al. *ab his* Al. *quibus his* Heum.

Heum, de more *eſſe his quibus* Noſtra lectio omnium elegantiſſima eſt. Credere enim alicui *de re aliqua* optime dicitur, & phraſis eſt Lactantio, ac Ciceroni frequens. Cicer. ad Attic. IX. Epiſt. XI. *Recte* ait. *non credis de numero militum*. *Et III. Famil.* XI. *ad Appium*: Te *leviter accuſans in eo, quod de me cito credidiſſes*, Vt autem omnis ambiguitas auferatur ſic verba conſtruenda ſunt. *Sed ne minus idonea eſſe videatur probatio, omittamus teſtimonia prophetarum, quibus*, ſcilicet prophetis, *minus creditur de his*, nempe, quæ ab eis afferuntur. Bunem. particulam *de* exponit per *ex* pluribus Authoris noſtri adductis exemplis.

2.

Veniamus ad authores: [a] & eos ipſos ad veri probationem teſtes citemus, quibus contra nos uti ſolent: poetas dico, ac philoſophos [a]: ex his unum Deum probemus neceſſe eſt, non quod illi habuerint cognitam veritatem: ſed quod veritatis ipſius tanta vis eſt, ut nemo poſſit eſſe tam cæcus, qui non videat [b] ingerentem ſe oculis divinam claritatem. [c]

Poe-

a *Veniamus ad Authores*. Sic Aldus emendat, ſic Iſæus ſcribit. Betul. *autores* Bonon. *Auctores* ſinguli imitatores habent.

b *Poetas dico, ac Philoſophos* Bene hæc a Betuleio illuſtrantur verbis S. Auguſtini *ex L. Contra Fauſtum Manichæum l.* XIII. *cap.* XV. ubi ait: valet quidem

dem aliquid ad Paganorum vanitatem revincendam non tamen ad iſtorum auctoritatem amplectendam &c.

c *Qui non videat* Schottus *Quin non &c.*

d *ingerentem ſe oculis divinam claritatem* Al. *divinitatis claritatem* Seneca L. 1. *de Ira* cap. XVI. *ingeritur oculis veritas* & Minuc. Felix *in Octav.* XVII. 3. *Ignorare nec fas, nec licet, ingerentem ſeſe oculis, & ſenſibus Cæleſtem veritatem* Ad quam authoritatem heic reſpexiſſe Lactantius viſus eſt Bunemanno.

3.

Poetæ igitur [a], quamvis Deos carminibus ornaverint, & eorum res geſtas amplificaverint ſummis laudibus: ſæpiſſime tamen confitentur, ſpiritu, vel mente una [b] contineri, regique omnia.

a *Poetæ igitur* Scite a Poetis auſpicatur, & quidem ab Orpheo, inter eos antiquiſſimo. Hoc autem ii omnes præſtiterunt, qui ante, & poſt Lactantium adverſus gentes ſcripſerunt, ut bene heic annotat Betuleius.

b *Spiritu, vel mente una* Quibus modis voces iſtas exponerent veteres, dictum eſt a nobis Diſſert. XXV. cap. VII. ſ. XIV.

4.

Orpheus [a], qui eſt [b] vetuſtiſſimus poetarum,

a *Orpheus* de eo vide Diſſ. XL. cap. LI. ſ. IV.

b *Qui eſt* Sic Aldus, & Schottus. Al. *Qui &c*

rum, & æqualis ipſorum deorum [c] (ſiquidem traditur inter Argonautas [d] cum Tyndaridis [e] & Hercule [f] navigaſſe [g]) Deum verum & magnum,& πρωτόγονον [h], *primogenitum* appellat; quod ante ipſum nihil ſit genitum [i], ſed ab ipſo ſint cuncta generata: eundem etiam φάνητα, nominat [k], quod, quum adhuc [l] nihil eſſet, primus ex infinito apparuerit, & extiterit.

Cujus

---

c *Et æqualis ipſorum Deorum* ſcilicet ætate ſuppar.

d *Inter Argonautas*. Argonautæ ii appellati ſunt, qui Navem quandam quinquaginta remorum, *Argo*, ſive propter agilitatem, ſive ob longitudinem, vel potius ab Architecti nomine, dictam Colchos, Jaſone duce, Selectu in tota Græcia habito, ituri, conſcenderunt. Eorum nomina recenſentur ab Apollodoro Athenienſi Bibl. l. 1. *§*. 16., & ab Hygino fab. XIV., inter quos, Orpheum, Oeagri, & Calliopes Muſae filium fuiſſe, tradunt. Hujus fabulae originem vide Diſſ. XXVII. cap. III *§*. XXV.

e *Cum Tyndaridis* Schottus *Tyndaræis* Tyndaridae ſeu Tyndarides, Tyndari, ſive Tyndarei, OEbaliae Regis filii, Caſtor, & Pollux appellabantur. De iis vide ubi ſupra *§*. XXIV.

f *Et Hercule*. Nempe Thebano, Jovis & Alcmenæ filio, de quo ibidem *§*. XX.

g *Et magnum πρωτόγονον* Al. Copulam poſtponunt, ſed male: Nam quæ ſequitur vox latinam Graeci vocabuli expoſitionem continet, & a pleriſque pro gloſſemate habetur. Al. legunt *πρωτόγονον, ideſt primogenitum*.

Ni-

Digitized by Google

h *Nihil ſit genitum* Sic Aldus, aliique omnes. Bon. *generatum*. Male ob ea quæ ſequuntur.

i *Eundem etiam Φάνητα nominat* Bon. *Φάνητα* Sic Aldus, & Schottus, & alii meliores notæ expoſitores. Al. addunt *id eſt apparentem*. Gloſſema manifeſtum; Nam Lactantius ſtatim ſubdit hocce nomen eidem datum eſſe, *quod ex infinito apparuerit*: Uti Athenagoras, qui *Legat.* pro Chriſt. n. xx. *Phanetem primogenitum Deum* appellat. Macrob. vero l. 1.Satur. cap. xvi. *Phaneta*, inquit, ἀπὸ τοῦ φαίνειν & φαίνομαι, ἐπειδὴ Φαίνεται νέος, quia ſol quotidie renovat ſeſe. Capite autem xviii. Phaneta dixit ſolem ἀπό τοῦ φωτὸς καὶ Φανερῶ ideſt a lumine, atque illuminatione, quia cunctis viſitur cuncta conſpiciens Dionyſius.

l *Quod quum adhuc*. Al. *quoniam quum adhuc*.

§ 5.

Cujus originem, atque naturam, quia conſpicere [a] animo non poterat, ex aere immenſo natum eſſe dixit:.

Πρωτόγονος φαέθων περιμήκεος ἠέρος υἱός.

Aliud enim amplius, quod dicere, non habebat.

Hunc

a *Quia conſpicere*. Al. *Quia concipere*. Sic Aldus.

b Περιμήκεος. Unico verbo, ut habent codices meliores, & eſt elegantius. Al. ſic dividunt περὶ μήκεος Latinam verſionem totius carminis aliqui in hunc modum exhibent *Prin-*

Digitized by Google

Principio genitus Phaeton longo aere natus.
Alii vero pro *longo* habent *immenſo*

6.

Hunc, ait, eſſe omnium deorum parentem, [a] quorum cauſsa cœlum condiderit, liberiſque proſpexerit, ut haberent habitaculum, ſedemque communem:

ἔκτισεν [b] ἀθανάτοις δόμον ἄφθιτον.

Natura igitur & ratione ducente [c], intellexit eſſe præſtantiſſimam poteſtatem [d] cœli, ac terræ conditricem.

---

a *Hunc, ait, eſſe omnium Deorum parentem.* Quamquam Orpheus trecentos ſexaginta Deos aliquando induceret, teſte S. Juſtino Martyre cap. II. *de Monarchia*, tamen illum erroris ſui pœnituiſſe ex eo deducit, quod in libro, qui inſcribebatur *Præcepta* ſic locutus eſt, ut etiam habet S. Cyrillus Alex. l. I. contra Julianum:

Loquar quibus fas eſt; portas occludite profani
Omnes ſimul. Tu vero audi lucifera fili Lunæ
Muſææ, dicam enim vera: Nec te, quæ prius in
In Corde meo animadvertiſti, privent bata vita.
Ad verbum divinum reſpiciens, illi aſſide.
Dirigens cordis intelligens profundum, & rectam incede
Viam: & ſolum reſpice Mundi Regem.
Unus eſt ex ſe genitus: ab uno quæcunque ſunt genita, creata ſunt. &c.

Vide infra cap. VII. Seg. 7, & Diſſ. XXVII. cap. I. §. XI.

Exti-

b **Εκτισεν** Latine ſic legunt nonnulli.
Conaidit immortalibus domum incorruptibilem.

c *Et ratione ducente* Al. *dicente* Schott. *docente.* Quidam autem codici noſtro falſo affingunt *deducente* quum hæc lectio ſit codicis Longobardici, Aldo viſi.

d *Præſtantiſſimam poteſtatem*. Sic etiam Schottus. Al. *potentiam* Poteſtatis vocabulum heic valet pro eo, qui aliis præeſt, & jus, ac vim habet in eos.

7.

Non poterat enim Jovem dicere eſſe principem rerum, qui erat Saturno genitus [a], neque ipſum Saturnum, qui cœlo natus ferebatur [b]: Cœlum autem, tanquam Deum primum conſtituere non audebat, quod videbat eſſe elementum mundi [c], quod ipſum [d] eguerit autore. [e] Hæc eum ratio perduxit ad illum Deum primogenitum, cui aſſignat, & tribuit principatum. Ho-

a *Qui erat Saturno genitus*. Al. *a Saturno*. vide infra c. XI. ſeg. 27., & Diſſert. XXVII. cap. III. ſ. X.

b *Neque ipſum Saturnum, qui Cœlo natus ferebatur*. Vide ubi ſupra Seg. 55. & ſ. II. & III.

c *Elementum Mundi*: ſcilicet *Mundi partem* a Deo primum una cum terra creatam. Geneſ. I. v. I. Sæpe in hoc ſenſu elementi vocabulum ſumit Lactantius E. G. infra cap. XI. Seg. 50. & 54. cap. XII. Seg. 13. Lib. II. cap. XIV. Seg. 12. l. IV. cap. XXIII. 12. &c.

Quod

d *Quod ipſum* Schott. *Quod & ipſum*.
e *Egìerit authore*. Bon. *auctorem*,

8.

Homerus nihil nobis dare potuit [a], quod pertineat ad veritatem, qui humana potius quam divina conſcripſit [b]. Potuit * Heſiodus, [c] qui Deorum generationem unius libri opere complexus eſt. Sed tamen nihil dedit, non a Deo conditore ſumens exordium, ſed a Chao, [d] quod eſt rudis, inordinatæque [e] materiæ confuſa congeries: quum explanare ante debuerit Chaos ipſum unde, quando. qnomodo eſſe [f], aut conſtare cæpiſſet [g].

Ni-

a *Homerus nobis nihil dare potuit*: Scilicet aptum ad probandum Dei unitatem, ſiquidem quamvis, ut ait S. Cyrillus *adverſus Julianum*, & S. Juſtinus M. *Cohort. ad Græc.* c. XVII. unum Deum poeta ille non obſcure aſſeruiſſe *Iliados* I. & II. videatur, non tamen certum inde argumentum adverſus Ethnicos deſumi poteſt, quum Deorum, Dearumque multitudinem paſſim inducat, & quidem inter ſe diſcordes, ut vidimus ſupra ad cap. III. Seg. 17. ex Iliad. l. XX. vide Diſſ. XL. cap. III. §. I.

b *Conſcripſit* Bon. *Conſcribſit*

* Heſiod. Theogon.

c *Potuit Heſiodus*. De quo vide Diſſ. ubi ſupra §. II. & Thog. ỳ. 116.

d *Sed a Chao* Quid pro Chao intellexerint Ethnici Scriptores ſtatim explicat Lactantius, & quidem non

non ſolum ex Heſiodo, verum etiam ex Ovidio; qui L. I. Metam. exord. ait.

Ante mare, & tellus, & quod tegit omnia Cælum,
Unus erat toto Naturæ vultus in Orbe.
Quem dixere Chaos, rudis indigeſtaque moles,

Vide Diſſ. XXIV. cap. I. S. IV.

e *Rudis, inordinataque* Bon. *inorreataque*.
f *Quomodo eſſe*. Aldus *eſſet*.
g *Cœpiſſet*. Bon. *Cæpiſſet*.

9.

Nimirum ſicut ab aliquo artifice diſpoſita, ordinata, facta ſunt omnia [a]: ſic ipſam materiam factam eſſe ab aliquo, neceſſe eſt. Quis igitur hanc, niſi Deus [b], fecit cujus poteſtati ſubjacent omnia?

a *Facta ſunt omnia ....factum eſſe.* Sic Aldus Al. *effecta ſunt omnia .... fictam eſſe*.
b *Niſi. Deus fecit?* Al. *fecerit?* Schottus legit nobiſcum, & Ald.

10.

Sed refugit hoc ille, [a] dum horret incognitam veritatem. Non enim Muſarum inſtinctu [b], ſicut videri volebat, [c] in Helicone [d] carmen illud effudit, [e] ſed meditatus venerat, & paratus. [f]

No-

a *Hoc ille* Schotti *hæc omnia*.
b *Non enim Muſarum inſtictu*. De Muſis, earumque poteſtate, illis ab Ethnicis tributa, vide Diſſert. XXVII. c. III. S. XXVI. Iſæus *Muſarum inſtructu*.

c *Sicut videri volebat*. Morem hunc in Poematibus ſervant adhuc Poetæ imitando Ethnicos authores, qui, ut gentibus imponerent, ut ſupra innuimus, ſe Deo plenos canere jactabant. Heſiodi carmina, in quibus hoc aſſerit, ſic latine ſe habent in verſione Salviniana *Thegon.* ℣. xxiv.

Hoc autem me primum Deæ ſermone compellarunt
Muſæ Olympiades filiæ Jovis Aegiochi.

d *In Helicone* Mons eſt ſive in Bœotia, ut quidam dicunt, ſive in Phocide prope Parnaſſum; Apollini quondam dicatus, in quo Muſas ſedes ſuas habere Poetæ priſci dicebant. Vide Strabon. lib. x.

e *Carmen illud effudit*. Quaſi non ferens vim divinam, *ex tempore*, aut ut in procemio Sympoſii ℣. 15., *Subito de carmine* ſcilicet *non præmeditato*. Sic L. III. cap. IX. ſeg. 5. De Anaxagora, *Noſter* loquens ait: *At ego puto non invenientem quid reſponderet, effudiſſe hoc paſſim, ne taceret: quod quidem ſecum, ſi ſapiens fuiſſet commentatum, meditatumque habere debuit .... Sed putemus non ex tempore dictum illud effuſum*.

f *Sed meditatus venerat. & paratus*. Vide ex iis, quæ ſupra obſervavimus, Authoris noſtri copiam, & non ſervilem Ciceronis imitationem L. I. in Ver. cap. XL., Lib. II. cap. VI. *Pro Publ. Quint.* c. XI. *de Legat.* L. I. cap. IV. & L. I. *Offic.* cap. VIII. &c.

II.

Noſtrorum primus Maro [a] non longe abfuit

a *Noſtrorum primus Maro* Princeps ſcilicet Latino-

fuit [b] a veritate ; cujus de ſummo Deo, quem mentem, ac ſpiritum [c] nominavit , hæc verba ſunt : *

Principio cœlum , ac terras , campoſque liquentes ,
Lucentemque globum lunæ , titaniaque aſtra ,
Spiritus intus alit , [d] totamque infuſa per artus
Mens agitat molem , & magno ſe corpore miſcet .

tinorum poëtarum , de quo vide Diſſ. xL. cap. 21. §. xLI .

b *Non longe abſuit* Al. *fuit* Bon. *afuit*

c *Quem mentem, ac ſpiritum* Al. *quem ſpiritum ac mentem* . Idem Epitom. cap. III. Seg. IV. *Noſter Maro Summum Deum modo Spiritum , modo mentem nuncupat .*

* Virg. Ænei. L. vi. ver. 724.

d *Spiritus intus alit &c.* Vide omnino L. vii. cap. iii , Diſſ. xxIv. cap. i. §. v.

12.

Ac nequis forte ignoraret [a] quiſnam eſſet ille ſpiritus [b] , qui tantum haberet poteſtatis [c] declaravit alio loco , dicens : *

Deum

a *Ac ne quis forte ignoraret* Al. *At . . . . ignoret* .

b *Quiſnam eſſet ille ſpiritus* . Al. *qui nam eſſent illi ſpiritus* . *Pote-*

. . . . . *Deum namque ire per omnes* [d]
Terraſque, tractuſque maris, cælumque profundum.
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque ſibi tenues [e] *naſcentem arceſſere vitas.* [f]

c *Poteſtatis* Bon. *poteſtatibus*.

* Idem Georg. IV. verſ. 221.

d DEUM NAMQUE IRE PER OMNES &c. Bon. per OMNIS More priſcorum Elmenborſt. apud Gallæum plurima heic SS. PP. Teſtimonia Ethnicorum placitis agglomerat. Antiquiorem tibi locum indicabo, ex quo hæc deſumpta videntur; vide Pſal. cxxxviii. a ℣. 6. & Sap. i. ℣. 7. Nec te pigeat expoſitores ibidem conſulere.

e *Tenues* Bon. *Tenuis*

f TENUES NASCENTEM ARCESSERE VITAS *Tenues vitas* I. E. *Animas* quam phraſim Lactantio noſtro ſemel, ac iterum adhibitam infra invenies, etiam pro anima rationali L. vii. cap. viii. ſeg. 6. *De Ira* cap. xv. Seg. 5. Adde diſſ. xxv. c. i. §. 1.

13.

Ovidius *quoque [a] in principio præclari operis [b] ſine ulla nominis diſſimulatione a Deo quem fabricatorem mundi, quem rerum opificem vocat, mundum fatetur inſtructum.

 Quod

* Ovid. Metam. L. i.

Ovi-

a *Ovidius namque* De Ovidio vide Diſſ. XL. c. xxii. §. xxviii.

b *Præclari operis*. Cui titulus METAMORPHOSEON L. xv. Ubi verſu 21. poſtquam explicaverat quænam eſſent *diſcordia ſemina rerum* ſubdit.

Hanc Deus & melior litem Natura diremit.

& ℣. 32.

Sic ubi diſpoſitam quiſquis fuit ille Deorum Congeriem ſecuit, &c.

14.

Quod ſi vel Orpheus, vel hi noſtri, quæ Natura docente [a] ſenſerunt, in perpetuum defendiſſent, eandem, quam nos ſequimur, doctrinam, comprehenſa [b] veritate tenuiſſent.

a *Natura docente* Al. *ducente* ut ſupra ſeg. 6. *ratione ducente*, ſed adverte ſapienter a Noſtro variari; nam ratio ducit, natura docet.

b *Comprehenſa* Bonon. *compraehenſa*.

15.

Sed hactenus de poetis: ad philoſophos veniamus, quorum gravior eſt authoritas [a] certiuſque judicium: quia non rebus commentitiis, [b] ſed inveſtigandæ veritati ſtuduiſſe creduntur.

Thales

a *Authoritas* Bon. *auctoritas*.

b *Commentitiis* Bon. *commenticis*.

16.

Thales Mileſius [a] qui unus e ſeptem ſapientum [b] numero fuit, quique primus omnium quæſiſſe de cauſſis naturalibus traditur: aquam eſſe dixit, ex qua [c] nata ſint omnia: Deum autem eſſe mentem, quæ [d] ex aqua cuncta formaverit. Ita materiam omnium rerum poſuit in humore; [e] principium, cauſſamque naſcendi poſuit in Deo [f].

a *Thales Mileſius.* Primus ſcilicet Græcæ philoſophiæ, in ordinem redactæ, parens, & Jonicæ Sectæ conditor, de quo vide Diſſ. XL. cap. vi. §. i.

b *Sapientum* Schottus *Sapientium*.

c *Ex qua* Al. *a qua* ſic Aldus. Schottus *e qua* vide Diſſ. xxiv. cap. i. §. v. *ſint* Al. *ſunt*.

d *Deum autem eſſe mentem, quæ* Bon. *Dei autem eſſe mentem, quæ* Al. *qui* Schottus *Deum autem eſſe mentem quæ* Cicero L. i. *de Nat. Deor. Thales*, ait, *Mileſius qui primus de talibus rebus quæſivit, aquam dixit eſſe initium rerum; Deum autem eam mentem, quæ ex aqua cuncta fingeret*.

e *Omnium rerum poſuit in humore* Bon. Tò *omnium* non habet, & pro *humore* legit *humorem* Al. Tò *rerum* non habent, Al. pro *poſuit* legunt *conſtituit* vel in hoc, vel in verſu ſequenti. Sic Schottus.

f *Poſuit in Deo* Aldus *conſtituit*.

17.

Pythagoras [a] ita definivit, quis eſſet

E 3 Deus:

a *Pythagoras* Bon. *Phytagoras* Philoſophiæ nominis in-

Deus : [b] *Animus , qui per univerſas* [c] *mundi parteis , omnemque naturam commeans, atque diffuſus* [d] *, ex quo omnia , quæ naſcuntur , animalia vitam capiunt .*

---

inventor , & Italicæ Sectæ conſtitutor , de quo vide Diſſ. XL. cap. xvi. §. i.

b *Ita definivit quis eſſet Deus* Al. *diffinivit* Al. *quid eſſet Deus* . Noſtra lectio optima videtur , nam quum Dei naturam ignotam philoſophi putaverint , potius *quis eſſet* Deus , quam *quid eſſet* deſcripſerunt .

c *Animus , qui per univerſas Tò qui* plurimi omittunt cum Schotto, & Salviano L.i. de *Provid.Dei*.

d *Diffuſus* Vide ad L. vii. cap. iii. ſeg. i. ubi ſimile Stoicorum effatum expendit Lactantius .

18.

Anaxagoras Deum eſſe , dicit [a] infinitam mentem,quæ per ſeipſam [b] moveatur . Antiſthenes [c] multos quidem eſſe populares Deos[d], [e] unum tamen naturalem, id eſt ſummæ totius [f] artificem .

Clean-

---

a *Anaxagoras* Philoſophus inter Jonicos clariſſimus , quem Clazomenium a patria vocant , ut ab aliis eodem nomine appellatis facile diſtinguant . De eodem agimus Diſſ. xl. cap. vi. ſeg. iv.

b *Deum eſſe dicit* Sic etiam Schottus Al. *dixit* .

c *Quæ per ſe ipſam* Schottus *ſe ipſa* .

d *Antiſthenes* Bon. *Anthiſtenes* Cynicæ Sectæ conditor , & Socratis auditor , de quo locuti ſumus Diſſ. xl. cap. xiv. §. i.

Po-

e *Populares Deos* Gentium Dii alii *Populares*, alii *Conſentes* dicebantur, ut diximus Diſſ. xxvii. cap. ii. ſ. xxii.

f *Ideſt ſummæ totius* Al. primam vocem omittunt.

19.

Cleanthes [a], & Anaximenes [b] æthera dicunt [c] eſſe ſummum Deum, cui opinioni poeta noſter [d] aſſenſit [e]. *

Tum pater omnipotens fœcundis [f] imbribus æther
Conjugis in gremium [g] lætæ deſcendit, & omneis
Magnus alit magno permiſtus [h] corpore fœtus [i].

E 4 Chry-

a *Cleanthes* Zenonis diſcipulus, & in ſchola ſucceſſor, Stoicus clariſſimus, de quo vide Diſſ. XL. cap. xv. ſ. ii.

b *Anaximenes* Mileſius nimirum Anaximandri ſodalis, & Jonicæ ſcholæ poſt eum moderator. De eo plura diximus Diſſ. XL. cap. vi. ſ. iii.

c *Eſſe dicunt* Al. *dicunt eſſe*.

d *Poëta noſter* Nempe Virgilius, de quo ibidem cap. xxii. ſ. xlii.

e *Aſſenſit* Schottus ait - Deeſt fortaſſe: *dicens* Bon. *Adſenſit*.

* Virg. Georg. L. ii. ỽ. 325.

f *Fœcundis* Bon. *fæcundis*.

g Conjugis in gremium Bon. *Conjungis*.

h *Permiſtus* Al. *per mixtus* Al. *permiſtos* Al. *commi-*

miſtus uti legitur in antiquiſſimo Ms. Cod. a Rufio Turcio Aproniano V. C. emendato, qui nunc in Bibl. Mediceo-Laurentiana aſſervatur Florentiæ, a Foggino edito characteribus ad unguem repræſentatis.

i *Fœtus* Bon: *fetus*.

20.

Chryſippus [a] naturalem vim divina ratione præditam, interdum divinam neceſſitatem, [b] Deum nuncupat. Item Zenon [c] divinam, naturalemque legem [d].

a *Chryſippus* Bon. *Chreyſippus* Magnæ Stoæ ornamentum, de quo vide Diſſ. XL. cap. xv. §. iii.

b *Divinam Neceſſitatem* Cicero *de Nat. Deor. L.* 1. *Chryſippus*, ait, *vim divinam in ratione eſſe poſitam, & univerſæ naturæ animo, atque mente; ipſumque mundum eſſe, & ejus animi ſuffuſionem univerſam; tum fatalem umbram, & neceſſitatem rerum futuram* &c.

c *Zenon* Stoicorum princeps, de quo vide Diſſ. XL. cap. xv. §. i.

d *Naturalem, divinamque legem* Al. *divinam, naturalemque* Nobiſcum legit Schottus. Aldus vero annotat: *Hinc uſque ad locum, qui eſt fol.* 10. (id eſt editionis Patris ſui) *Bononienſis Liber Longobardicus quia deſunt aliquot folia nihil adjuvat*. Vide infra ad cap. vii. ſeg. 15.

21.

Horum enim omnium ſententia, quamvis-

vis ſit incerta,[a] eodem tamen ſpectat[b], ut providentiam unam eſſe conſentiant, ſive æther,[c] ſive ratio, ſive mens, ſive fatalis neceſſitas, ſive divina lex, ſive quid aliud[d] dixeris: idem eſt[e] quod a nobis dicitur Deus, nec obſtat appellationum diverſitas[f], quum ipſa ſignificatione ad unum omnia revolvantur,

a *Quamvis ſit incerta* I. e. non ſibi conſtans.

b *Eodem tamen ſpectat* Bon. *expectat* quod in noſtro Codice obvium eſt, ſemperque eodem modo variatum.

c *Sive æther* Iſæus haſce voces omiſit.

d *Quid aliud* Bon. *aliut* de more.

e *Idem eſt* Schottus & Al. *idem eſſe*.

f *Appellationum diverſitas* Infinitus pene eſſet Catalogus diverſarum appellationum, quibus Deum indicare Philoſophi conati ſunt. *Sed* ut Noſter ait L.iv. cap. ix. ſeg. iii. *nihil obſtant verba, quum ſententia congruat veritati*.

22.

Ariſtoteles,[a] quamvis ſecum ipſe diffideat[b], ac repugnantia ſibi & dicat, & ſentiat, in ſummum tamen[c] unam mentem[d] mundo præeſſe teſtatur.

Pla-

a *Ariſtoteles*, qui ab omnibus ſuperioribus philoſophis longe ſecedens, Peripateticorum author extitit, & totius philoſophiæ faciem mire innovavit. Vide a nobis de eo obſervata Diſſ. XL. cap. xix. §. 1.

b *Secum ipſe diffideat* Si ejus metaphyſicæ libros ab initio percurrere non te pigeat, ſtatim videbis quam æquo jure hanc cenſuram Ariſtotelicæ de Deo Doctrinæ non Lactantius ſolummodo, ſed Doctorum virorum plerique fecerunt. Al. *ſecum deſideat* Bunem. heic notam addit, qua oſtendit eleganter dici, *diffidere cum aliquo* ex Vorſt., & Turrenio. Vide ſupra ad cap. i. ſeg. 18.

c *In ſummum tamen* Schottus; & quidam editi *in ſumma tamen. Raro dictum*, inquit Bunem. ſed tamen a Livio dictum ſcias lib. v. cap. XLVII., Cicero vero ſæpe *ad ſummum* adhibuit, diverſo tamen ſenſu.

d *Unam mentem* Præcipue, ut habet Iſæus L. ii. *de Generat.* XII. *Divin.*, & VII. *de Mundo*.

23.

Plato [a], qui omnium ſapientiſſimus judicatur, monarchiam plane, aperteque defendit, [b] nec æthera, aut Naturam [c] ſed, ut eſt, Deum nominat: ab eo mundum hunc perfectum, atque mirabilem eſſe fabricatum.

Quem

a *Plato* Jure, & merito omnium Sapientiſſimus, ut heic Noſter inquit, judicatus. De eo vero locuti ſumus Diſſ. XL. cap. xiii. §. i. Ubi de Sectis Academicis a prima ſua Academia derivatis ſermonem inſtituimus.

b *Monarchiam plane, aperteque defendit* S. Juſtinus M. Platonem probaſſe, ait *in Cohort. Græc.* §.XX. de uno, ac ſingulari Deo doctrinam, ſed *metu cicutæ variam quandam, & ſimulatam de Diis diſputationem inſtituiſſe* &c. *Aut*

c *Aut naturam* Deſunt heinc plurima in Cod. noſtro Bonon.

24.

Quem* Cicero a ſecutus, atque imitatus in pluribus, Deum frequenter confitetur, ac ſupremum vocat in iis libris, quos de Legibus ſcripſit: ab eoque regi mundum argumentatur, cum diſputat de natura Deorum, hoc modo: * *Nihil eſt præſtantius Deo: ab eo igitur mundum regi neceſſe eſt: nulli igitur eſt naturæ obediens, aut ſubjectus Deus: omnem ergo regit ipſe Naturam.*

* Cic. L. i. de Leg.

a *Cicero* Orator, ac philoſophus inter Latinos ſine controverſia omnibus præferendus, cujus elogium dedimus Diſſ. xl. cap. xxii. §. xi.

* Idem L. ii. de Nat. Deor.

25.

Quid autem ſit Deus in conſolatione a definit: *Nec vero Deus ipſe, qui intelligitur a nobis, alio modo intelligi poteſt, niſi mens ſoluta quædam, & libera, & ſegregata ab omni concretione mortali, omnia ſentiens, & omnia movens.*

An-

a *In conſolatione* Scilicet in Libro, quem Cicero *de Conſolatione* inſcripſit poſt filiæ ſuæ Tulliolæ obitum.

Pe-

Periit liber iſte, & qui ſub ejus nomine eodem titulo inſignitur, vel Carolo Sigonio, vel Carolo Vianello editori a viris doctis tribuitur. Confer Fabric. Bibl. latin. l. i. cap. viii. n. 7.

* Idem de Conf. & L. i. Tuſc. Quæſt.

26.

Annæus quoque *Seneca [a] qui ex Romanis [b] vel acerrimus Stoicus fuit [c] quam ſæpe [d] ſummum Deum merita laude proſequitur? Nam quum *de immatura morte* [e] diſſereret: *Non intelligis*, inquit, *autoritatem, ac majeſtatem judicis tui, rectoris orbis terrarum, cœlique, & deorum omnium Dei: à quo iſta numina, quæ ſingula adoramus, & colimus* [f] *ſuſpenſa ſunt* [g]?

Item

* Senec. de Morte immat.

a *Annæus quoque Seneca*. Non unus in Annæa familia hiſce nominibus inclaruit, quamvis prænomine omnes diſtinguantur. Is, de quo heic Lactantius loquitur, & nos Diſſ. xl. cap. viii. §. viii. diſſeruimus, eſt L. Annæus Seneca, Patria Cordubenſis, Stoicæ philoſophiæ profeſſor egregius.

b *Qui ex Romanis* Etſi natione, ut diximus, Hiſpanus, Civis tamen Romanus erat; immo & Senator, Suetonio teſte *in Nerone*, cujus præceptor fuit. Vide ubi ſupra.

c *Vel acerrimus Stoicus fuit*. Hoc Senecam negare *Epiſt. XLV.*, & *de vita Beata* cap. iii., annotat Walchius

chius. Adde & quædam illorum placita ſæpe impugnare, nec raro deridere; Plerumque tamen Stoicæ doctrinæ fautor eſt; immo Stoicorum paradoxorum nullum falſum eſſe, ſe demonſtraturum ſpondet Epiſt. LXXXVII. Vide a nobis de eodem dicta ubi ſupra.

d *Quam ſæpe* vide infra ſeg. 28. *quam multa*.

e De immatura morte Hic Senecæ liber inter deperditos recenſetur a Fabricio Bibl. Latina L. II. cap. cap. IX. n. X. Noſter L. III. c. XII. II. iterum eum laudat.

f Quæ singula adoramus, et colimus, Salmaſius heic apud Gallæum plurima nectit, quæ ad adorationis ritum, juxta Ethnicorum morem adhiberi falſis Numinibus ſolitum, explanandum pertinent; ſed valde diminuta eſt illa adorationis deſcriptio, quæ ſolummodo per porrectionem deoſculatæ manus fieri conſueverat. Nos cum authore noſtro de cultu Deorum infra agemus, & Diſſ. XXVII. cap. IV. ſ. XXXI.

g Suspensa sunt I. e. in altum locata; puta Solem, Lunam, Sidera, quæ pro Numinibus, ſive ignis divini ſedibus habebantur a Stoicis quibuſdam; ut diximus Diſſ. xxvii. cap. ii. ſ. iii.

27.

* Item in exhortationibus [a]: *Hic, quum prima fundamenta molis pulcherrimæ jaceret, & hoc ordiretur* [b], *quo neque majus quicquam novit natura, nec melius, ut omnia ſub ducibus ſuis irent, quamvis ipſe per totum ſe corpus intenderat, tamen miniſtros regni ſui Deus genuit* [c].

Ex

* Idem in L. Exhort. *Item*

a *Item in Exhortationibus* Iſtum quoque Senecæ librum *Exhortationum* excidiſſe, teſtatur Fabricius ubi ſupra.

b Et hoc ordiretur Al. *ordiret*.

c Deus genuit Al. *Deos genuit* Sic legendum credidit Bunem. ex cap. vii. ſeg. 5. hujuſce libri, ubi ex Crenio ad hunc locum provocat. Et bene. Quamvis alii non erraſſe a Senecæ ſcopo videntur, quum heic Philoſophus ille ex Stoicorum ſyſtemate de Mundi productione loquatur, quam ſummo quidem Deo, nempe igni, ita tribuit, ut etiam Diis minoribus, qui in eo continebantur, aliquod opus fuerit. Confer Laertium lib. vii. ſeg. 138., ipſumque Senecam L. vi. *de Benef.* cap. xxiii., & Ciceron. *de Legib.* l. i. c. viii.

28.

Et quammulta alia de Deo, [a] noſtris ſimilia locutus eſt, quæ nunc differo, quod aliis locis [b] opportuniora ſunt. Nunc ſatis eſt demonſtrare [c], ſummo ingenio viros attigiſſe veritatem, ac pene tenuiſſe [d], niſi eos retrorſum infucata [e] pravis opinionibus conſuetudo rapuiſſet: qua & Deos alios eſſe, [f] opinabantur: & ea, quæ in uſum hominis [g] Deus fecit; tanquam ſenſu prædita eſſent, pro Diis habenda, & colenda credebant,

CA-

a *Et quam multa alia de Deo* Al. *Tò quam* omittunt; fortaſſe Vallæ cenſuram metuentes, utpote qui L. i. *Elegant. cap.* xvii. *quam* pro *valde* quum poſitivis per-

perperam jungi contendit, ſubdens. *Qua in re non verebor reprehendere Boethium, Priſcianum, & elegantiorem utroque Lactantium*. Eidem tamen optime ſeſe oppoſuerunt Jo: Deſpauterius *in raris Commentar. Gramm.* & Bunem. heic plurima optimorum exempla in medium adducendo, in quibus *quam multa*, *quam multi* clariſſime habetur; & equidem hanc ſingularem dictionem ſaltem exceptam judico, ut ad L. *de Opif. Dei* cap. i. ſeg. i. me annotaſſe memini.

b *Quod aliis locis* Schottus. *Quia aliis locis*.

c *Demonſtrare* Al. *demonſtraſſe*.

d *Ac pene tenuiſſe* Aldus ex MS. Tomæ Taxaquetii. *pœne* Al. *prope tenuiſſe*.

e *Retrorſum infucata* Sic Aldus ex eodem MS. Cod. Taxaquetii. Schottus, *Retrorſus infuſcata*. Utraque bona lectio, & loci propria. Al. *infatuata*. Al. *fucata*.

f *Deos alios eſſe* Aldus ex eodem Cod. ſecundam vocem excludit, quæ in Michaelis Tomaſii editione, vel non obſervata, vel diverſimode annotata ſunt.

g *Qua in uſum hominis* Heum: *Intelligit*, inquit, *Sidera*. At non ſolum Sydera, ſed creaturas pene omnes, quibus divinos honores decretos ab Ethnicis fuiſſe, nemo eſt in hiſtoriis, ac fabulis tam hoſpes, qui id ignoret.

CAPUT. VI.

I.

NUnc ad divina teſtimonia tranſeamus a, ſed prius unum proferam, quod eſt ſimi-

a *Tranſeamus* Schottus, & Sparkius, *Redeamus*.

ſimile divino [b], & ob nimiam vetuſtatem, & quod is, quæ nominabo; ex hominibus inter Deos relatus eſt [c].

b *Quod eſt ſimile divino*. Divina heic a Lactantio dicuntur non quæ talia revera erant; ſed quæ ab Ethnicis talia putabantur, ut infra patebit.

c *Inter Deos relatus eſt* Al. *in Deos*. Sic Schottus, & Aldus. Vide Diſſ. xxvii. c. iv. ſ. xxix.

2.

Apud Ciceronem* C. Cotta Pontifex [a] diſputans contra Stoicos de religionibus, & de varietate [b] opinionum, quæ ſolent eſſe de Diis, ut more Academicorum [c] omnia faceret incerta, quinque fuiſſe Mercurios [d] ait: & enumeratis per ordinem quatuor, quintum fuiſſe eum, a quo Argus [e] occiſus ſit: ob eamque cauſam in Aegyptum profugiſſe [f], atque Aegyptiis leges, ac literas tradidiſſe.

Hunc

* Cic. de Nat. Deor. L. iii. c. xxii.

a *C. Cotta Pontifex* In Cod. Cæſaraug. *Coctas* legitur ex Schotto. Is Academicæ Sectæ propugnator in libris de Nat. Deor. a Tullio inductus eſt.

b *Et de varietate* Schott. *& de vanitate*.

c *Ut more Academicorum*. Vide Diſſ. xl. Cap. xiii. a ſ. i.

d *Quinque fuiſſe Mercurios*. Vide Diſſ. xxvii. c. iii. ſ. xvi.

Occi-

e *Occiſus ſit Argus*. Vide Diſs. xxvii. cap. iii. §. xxv. Al. *Argus ſit occiſus*. Nobiſcum Aldus, Scottus, & alii.

f *In Ægyptum profugiſſe*. Fulvius Urſinus ait: Videtur legendum: *Ægypto præfuiſſe. Nam locus iiſdem fere verbis a Cicerone deſcriptus eſt, qui l.* iii. De Nat. Deor. *eandem rem copioſe narrat. Videndus Pauſanias, apud quem plura de Mercurio, qui a Pheneatis colitur, leguntur in Arcadicis; & ipſorum etiam Phenetarum extat apud me nummus perlegans ex Argento, in cujus altera parte Mercurius tutelaris eorum Deus, ſignatus eſt*. Hactenus F. Urſinus.

3.

Hunc Ægyptii Thoth [a] appellant, a quo apud eos primus anni ſui menſis, id eſt September [b], nomen accepit. Idem oppidum condidit, quod etiam nunc Græce vocatur [c]

a *Hunc Ægyptii* THOTH. Al. *Thoyth*. Al. *Toyth*. Mirifice variant in hocce nomine Scriptores, & libri tam impreſſi, quam Mſs. Philo Byblius *Ægyptii*, inquit, THOYTH, *Alexandrini* THOTH *nominant. Græci* Ερμῆν, *hoc eſt*, MERCURIUM, *reddiderunt*. Adde Euſeb. *de Præpart. Evangel.* l. 1. cap. vii. Huet. *demonſtr. Evangel. Propoſit.* iv. cap. iv., & Bochart. *Geogr.* 5. *part. poſt.* lib. 1. cap. 42.

b PRIMUS ANNI SUI MENSIS, ID EST, SEPTEMBER. Vide diſs. xxii. c. 1. §. v.

c *Græce vocatur* Ἑρμόπολις. Al. *Ermopolis*, Al. *Hermopolis*. Al. *Mercurii Civitas*. Confer Ptolem. Geogr. l. iv. cap. v. Plin. l. v. cap. ix.

Ἑρμόπολις [d], & Phaneatæ [e] ſervant, & colunt eum religioſe. Qui tametſi homo fuerit; antiquiſſimus tamen [f], & inſtructiſſimus omni genere doctrinæ, adeo, ut ei multarum rerum, & artium ſcientia, Triſmegiſto cognomen [g] imponeret [h].

d *Et Pheneatæ*. Sic Cicero, & Euſebius l. c. Al. *Feniatæ*. Sic Schottus, & Aldus. Al. *Fænices*. Al. *Phæmatæ &c.* Popoli ſunt, qui Phanæum Oppidum, in Arcadia ſitum, habitabant. Nonnulli legunt *Saitæ*, qui in Ægypto degebant, teſte eodem Cicerone l. iii. de *N. Deor.* Ubi de tertia Venere loquens, *quam*, inquit, *Ægyptii Saitæ colunt*: Icciřco non ſpernenda hæc lectio mihi quidem ſemper viſa eſt, quam Thomaſius ſervarit, & Betuleius, licet in notis diſcrepent.

e *Servant*, *& colunt*. Al. primum verbum omittunt.

f *Qui tametſi homo fuit*; *antiquiſſimus tamen*. Al. *fuerit*. Al. *tamen & ſi* Al. diverſimode interpungunt.

g *Triſmegiſto cognomen*. Al. *Triſmegiſti nomen*.

h *Imponeret*. Scilicet ſcentia. Al. *imponerent*. Nempe Pheneatæ.

4

Hic ſcripſit libros, & quidem multos, ad cognitionem divinarum rerum pertinentes, in quibus majeſtatem ſummi, ac ſingularis Dei aſſerit; iiſdemque nominibus appellat, quibus nos, **Deum**, & patrem [a], ac nequis nomen

a *Deum*, *& Patrem*. Schottus. *Dominum*, *& Patrem*.

Ἀνώ-

men ejus requirat, Ἀνώνυμον [b], id eſt, ſine nomine eſſe dixit, eo quod nominis proprietate non egeat [c], ob ipſam ſcilicet unitatem [d].

---

b Ἀνώνυμον Al. Ἀνώνυμιον, I. E. Anonymum, ſeu, nomine carentem.

c *Non egeat*. Vide infra C. xi. ſeg. 38. & l. ii. Cap. xvii. ſeg. 6.

d *Ob ipſam ſcilicet unitatem*. Iccirco Nomen *Adonai*, ſeu *Jehovah*, quod, a Septuaginta interpretibus verſum eſt in Græcum *Kyrios*, & perperam ab aliquibus lectum ПIПI, *Dominum* ſignificans, Proprium .n. illius eſſe dicitur Pſal. LXVII. v. 4., *Dominus nomen illi*.

5

Ipſius hæc verba ſunt [a]: ὁ δὲ Θεὸς εἷς, ὁ δὲ εἷς ὀνόματος ἐ προσδέεται, ἔστι* γὰρ ὁ ὢν Ἀνώνυμος. Deo igitur nomen non eſt [b], quia ſolus eſt: nec opus eſt proprio vocabulo, niſi quum diſcrimen exigit multitudo, ut unamquamque perſonam ſua nota, & appellatione deſignet. Deo autem, quia ſemper unus eſt, proprium nomen eſt Deus [b].

 Su-

---

* Triſmeg. Pimand. c. xi. i.

a *Ipſius hæc verba*. ὁ δὲ Θεὸς &c. quæ ſic Latine in veteribus quibuſdam codicibus leguntur: *Deus autem unus: unus autem nomine non eget, eſt enim ſine nomine.*

b *Proprium nomen eſt Deus*, ſeu Dominus ab univerſali providentia, ſuppremoque dominio.

a *Supe-*

6.

Supereſt [a], de reſponſis, carminibuſque ſacris [b] teſtimonia, quæ ſunt multo certiora, proferre [c]. Nam fortaſſe ii, contra quos agimus: nec poetis putant eſſe credendum, tanquam vana fingentibus: nec philoſophis, quod errare potuerunt, quia & hi homines fuerunt [d].

a *Supereſt ut*, Secundam vocem ex Cœſaraug. Cod. reſtituimus innuente Schotto.

b *De reſponſis, carminibuſque Sacris*. Nempe ut Ethnici putabant. Virg. l. vi. æn. v. 44. . . . . . *Reſponſa Sibyllæ*.

c *Proferre*. Al. *Proferamus*. Pro utraque lectione plurima a Bunemanno afferuntur Lactantii exempla.

d *Errare potuerunt, quia & hi homines fuerunt*. Schottus, & Alii quidam: *Errare potuerint, quia & ipſi homines fuerint*. Sic etiam Aldus. To *hi* Schottus delet.

7.

M. Varro [a], quo nemo unquam doctior, ne apud Græcos quidem, vixit [b], in libris re-

a *M. Varro*. Romanorum doctiſſimus, de quo vide quæ diximus diſſ. xl. C. xxii. §. xl.

b *Apud Græcos quidem, vixit*. Al. Addunt. *Nedum* ſeu, *neque apud Latinos*: Quæ tamen pro gloſſemate, inſcite appoſito, communiter habentur, eaque Aldus delenda exiſtimavit ex Patris ſui editione, autho-

rerum divinarum [c], quos ad C. Cæſarem Pontificem maximum ſcripſit: cum de quindecim viris [d] loqueretur, Sibyllinos libros, ait, non fuiſſe unius Sibyllæ, ſed appellari uno nomine Sibyllinos, quod omnes fœminæ vates, Sibyllæ ſint [e] a veteribus nuncupatæ, vel ab unius Delphidis [f] nomine, vel a conſiliis Deorum enunciandis [g]: *σιοὺς* enim Deos, non *Θεὺς*, & conſilium non *βυλὴν*, ſed *βυλὴν* appellabant Aeolico genere ſermonis [h].

 Ita-

thoritate codicis MS. Taxaquetiani; quamquam Michael Thomaſius ea ſine aliqua annotatione retinuerit.

c *In libris rerum divinarum*. Hos, dicunt, VI. fuiſſe ex Auguſt. *de Civitat: Dei*.

d *De quindecim viris*. Apud Romanos Collegium ex Patriciis quindecim Pontificum erat, qui tam divinis Myſteriis, & Sacrificiis ſolemnibus, quam reſponſis dandis in Algido, ſeu Dianæ templo, præeſſe juſſi erant. Hi dicti ſunt Sibyllini, a Sylla Dictatore inſtituti. Nam primum duo ſolummodo, deinde decem, ante ipſum fuerunt. Poſt tempora autem Syllana uſque ad LX. eorum numerus excrevit; quos omnes tandem defeciſſe ſub Honorio Principe opera Stiliconis, teſtatur Rutilius Numantianus in his, quæ ſuperſunt *ſui Itinerarii* Carminibus, a Baronio, aliiſque laudati. Vide Diſs. XL. C. ii. §. vii. ſeq.

e *Omnes fœminæ vates*, *Sibyllæ ſint*, Vide diſs. XL. Cap. ii. §. vii. Sic Schottus. Al. *Sibyllæ ſunt*.

f *Vel ab unius Delphidis*. Vide infra ſeg. 9.

g *Enunciandis*. Sic Schotti Al. *denunciandis*.

h *Aeolico genere ſermonis*. Cum Lactantio faciunt. Hierouymus, Serrius, Hiſidor., Eraſmus, Schmidus con-

contradicente Salmaſio ad Solinum pag. 56. Sed numquid Varrone Sapientior Salmaſius ? Vide Fabric. Bibl. Gr. tom. i. l. i. C. xxix. a n. viii.

8.

Itaque Sibyllam dictam, eſſe quaſi θιοβούλην. Cæterum Sibyllas decem [a] numero fuiſſe, eaſque omnes enumeravit ſub authoribus, qui de ſingulis ſcriptitarunt [b]. Primam fuiſſe de Perſis, cujus mentionem fecerit Nicanor [c], qui res geſtas Alexandri Macedonis ſcripſit [d]. Secundam Libyſſam [e], cujus meminit Euripides [f] in *Lamiæ* prologo [g].

Ter-

a *Sibyllas decem*. Vide diſs. noſtram xl. C. ii. §. vii.

b *Scriptitarunt*. Al. cum Schotto *ſcriptitaverint*. Sic etiam Aldus Verbum frequentativum a *Scripto*, Cicerone, & Horatio uſitatum. Antiquiores de Sibyllis Scriptores quatuor laudat noſter *de Ira Dei* Cap. xxii. ſeg. 5.

c *Nicanor*. Hujuſce authoris notitiam nullibi reperio; Nam quamvis Thyſius dicat, hunc fortaſſe illum fuiſſe, qui Leander Nicanor Alexandrinus dictus eſt, tamen incertum prorſus, hic ne, an Samius, an Cyprius, an Stagirita, an alius fuerit? Vide diſs. xl. Cap. xxii. §. xxvii.

d *Alexandri Macedonis ſcripſit*. Confer Fabricii Bibl. Græcam tom. iii. cap. 8., ubi plurimos, qui de eodem ſcripſerunt, commemorat.

e *Secundam Libyſſam*. Al. *Libycam*. Græcum vocabu-

cabulum placuiſſe Lactantio putavit Bunem.

f *Cujus meminit Euripides*. Schotti *meminerit*. De Euripide vide diſs. XL. Cap. iii. §. iii.

g *In LAMIÆ Prologo*, Titulus erat Tragadiæ deperditæ, de qua diximus ubi ſupra. De *Lamiis* vero, vide infra Cap. xxii. Sag. 13.

9.

Tertiam Delphidam [a], de qua Chriſippus [b] loquitur in eo libro, quem *de divinatione* compoſuit. Quartam Cimmæam [c] in Italia, quam Nævius in libris *belli Punici* [d], Piſo in *annalibus* [e] nominat. Quinta Erythræam [f], quam Apollodorus Erythræus [g] affirmat, ſuam fuiſſe civem: eamque Grajis [h] Ilium petentibus vaticinatam,& perituram eſſe Trojam, & Homerum mendacia ſcripturum [i]. Sextam Samiam [k], de qua ſcripſit Eratoſthenes [l] in *antiquis annalibus Samiorum*, reperiſſe ſe ſcriptum.

a *Tertiam Delphidam*. Al. *Delphida* cum MS. Taurinenſi Epitom. Cap. v. *Al. Delphicam*. Al. *Delphitam*.

b *Chriſippus*. Confer diſs. XL. Cap. xv. Seg. iii. Laertius in Zenone Latino, inquit heic Aldus, 314. *citat Lib.* ii. *de divinatione*. Adde Cicer. de eadem.

c *Quartam Cimmeam*. Sic in Epitom. MS. Taurinenſis, quem ſequor, Bononienſi deficiente, quamvis Daviſius corrigendum putaverit *Cimmeriam*, & Al. *Cumæam* legant. *Lilius Giraldus*, ait heic Schottus, *Cimmeriam vocat ex Cimmeriis*, *V. Italiæ Populis*, *ut*

Sui-

Suidas, & Iſidorus ſcribunt, putantque: atque adeo aſſerit, in Lactantii Codicibus perperam vocari Cimmaeam, De ea vide diſs. L.

d *Nævius in libris BELLI PVNICI*. De eo vide diſs. XL. Cap. xxii. §. xxv.

e *Piſo in ANNALIBVS*. Vide ubi ſupra §. xxx.

f *Quintam Erythræam*. Al. ſine diphthongo.

g *Apollodorus Erytræus*. De eodem mentionem facit Lactantius Cap. xxii. de *Ira Dei* ſeg. 5. Fuit Grammaticus, cum Athenienſi non confundendus. Vide diſs. XL. Cap. xxii. §. ii.

h *Grajis*. Al. *Græcis*.

i *Scriptum*. Al. *Scriptitarunt*. Ante omnes Scriptores mendaciorum primum fuiſſe Homerum, dixit Lucianus in *Philopſi* n. 2., & in *Gallo* n. 6. ubi *Nugatorem Poetam*, & *ſomniorum imperitum* eum appellat. Vide hac de re Fabric. Bibl. Græc. l. ii. Cap. vji. n. x.

k *Sextam Samiam*. In MS. Taurinenſi Epitom. *Sammajam*.

l *Eratoſthenes*, Patria Cyrenæus, *Plato minor* appellatus, de quo vide diſs. XL. Cap. xxii. §. xvii.

10.

Septimam Cumanam, nomine Amaltheam [a]: quæ ab aliis Demophile, vel Hero-

a *Septimam Cumanam, nomine Amalthеam*. Al. *Cumæam*. Al. *Erithream*. Idem Lil. Gir. ex eodem Schotto hanc ſeptimam utroque nomine cum Cumæam, tum Cumanam dici Herophile, licet hoc nomine Euſebius Samiam vocet; Ariſtotiles, & Suidas Erythream, ut ait idem Lilius.

De-

rophile [b] nominatur: eamque novem libros attuliſſe ad regem Tarquinium Priſcum [c], ac pro eis trecentos Philippeos [d] poſtulaſſe, Regemque aſpernatum pretii magnitudinem [e] deriſiſſe mulieris inſaniam: illam in conſpectu regis tres combuſſiſſe, ac pro reliquis idem pretium popoſciſſe.

Tar-

---

b *Demophile*, *vel Herophile*. Al. *Heriphile*, *vel Dephile*. Al. *Demophile nominatur*. Vide ubi ſupra.

c *Ad Regem Tarquinium Priſcum*: Dionyſ. Helicarn. inquit Schottus *Antiq. Rom. l.* iv. *Agell. L.* i. *Cap.* xix. *Onuphr. Panv.* x. *Betulei. hetc*, *Plin.* xiii. *Cap.* xiv. *Servius in* vi. *æn.* *SUPERBUM*. Hanc hiſtoriam diverſimode narrant Veteres Scriptores, qui pro Tarquinio *Priſco Superbum* nominant; quos, ut Cujacius conciliaret ad *Lib. de Orig. Jur.* ii. *§.* ii. cum aliis quibuſdam, non ſolum *Superbum* pro *Priſco* ſæpe poni obſervavit, ſed utrique utrumque nomen fuiſſe tradidit. Vide Arntz. ad Sex. Aurel. Vict. *de V. Ill. Cap.* vii. *n.* 15., & Fabric. *Bibl. Gr. l.* i. *Cap.* xxxi. n. i.

d *Trecentos Philippeos*. Servius ad Virgil. vi. æn V. 72.. *Qui*, ait, *aurei tunc pretioſi erant*. Se non intelligere faſſus eſt Betuleius quomodo hocce Numi genus tunc Romæ fuerit, nec credere a Philippo, vi. Macedoniæ Rege, qui Anco Martio Synchronus fuit, illud cuſum fuiſſe. Gallæus ex iis, quæ ſequuntur, *Aureos* legere mallet, *ſiquidem eo tempore nondum fuerat Philippus Macedo*. Subdit Walchius. *Sed Veteres auctores in re Nummaria ita ſcribunt*, *prout facies ejus erat tempore ſuo*, *quo multis exemplis poteſt illuſtrari*. Poſſent hæc facile admitti ſi verum eſſet, quod Juſtinus narrat l. viii. Cap. i. n. ii. de Philippo Argæi filio, immatura

mor-

morte ſublato ; Sed quum hic xxxviii. ſecundum Euſebium , & ad minus xxxv. ſecundum alios regnaſſet annis , quorum xxviii. exegerat quum apud Romanos Tarquinius Priſcus Regno potitus eſt , non video quare fides deneganda ſit Servio , & Lactantio , nec qua ratione communis lectio ſit immutanda ; maxime ob ea , quæ paullo infra de *aureis* dicturi ſumus . Seg. ii. Valerian. Imper. apud Trebell. Pollion. in Claudio eo nomine ſuos Nummos appellat . *Philippeos* , inquit , *noſtri vultus annuos centum* . Qui mox dicuntur *Aurei Valeriani* . Adde Horat. l. ii. Epiſt. i. ad Auguſt. & Auſon. Epiſt. v. Theoni V. 19. , & 23. , in qua Philippos , & Darios eoſdem appellat .

e *Aſpernatum pretii magnitudinem* . Petr. Junius apud Crenium P. ix. *Animad.* legit . *Conſternatum pretii magnitudine* . ubi plura de Philippeis adduntur .

f *Idem pretium propoſciſſe* . Sic Aldus Al. *poſtulaſſe* .

11.

Tarquinium multo magis mulierem inſanire putaſſe . Quæ denuo tribus aliis exuſtis , quum in eodem pretio perſeveraret , motum eſſe regem , ac reſiduos trecentis aureis emiſſe [a] : quorum poſtea numerus ſit auctus , Capito-

a *Trecentis aureis emiſſe* . Quamquam apud Romanos ante Pyrrhum Regem devictum non auro tantum , ſed ne argento quidem ſignato , uti mos eſſet ex Plin. lib. xxxiii. Cap. iii. non tamen incredibile eſt , numos aureos , & argenteos tempore Tarquinii in regium ærarium fuiſſe illatos ; ſiquidem Euſebio , Cedreno , & Iſidoro teſtibus , Numa Pompilius nomine , & imagine-

pitolio refecto [b], quod ex omnibus civitatibus [c] & Italicis, & Græcis, & precipue Erythræis coacti, allatique ſunt Romam, cujuſcunque Sibyllæ nomine fuerunt [d].

Octa-

gine ſua numos Romæ, ſaltem argenteos, ſignare cæpiſſe dicitur a Scaligero in animad. *ad Chron. Euſebii* MCCCVI. Tandem, quare patrio more non poterat mulier alienigena Philippeos aureos poſtulare, quos non re ipſa; ſed valore eſſet acceptura?

b *Capitolio refecto*. Dupplex Romæ Capitolium fuiſſe, Veteres narrant; primum quidem ſatis parvum, ad Occaſum Montis Quirinalis ſitum, ubi hodie Horti, & perampla Barbarinorum habitatio viſuntur, quod Numam Pompilium a fundamentis excitaſſe tradidit Coſpinianus *in faſtos Caſſiodori*. Secundum vero, & ampliſſimum a Tarquinio Priſco inchoatum, a Superbo abſolutum, ab Horatio Pulvillo dedicatum in Monte, cui nomeu Saturnius, ſeu Tarpejus antea erat, unanimi conſenſu narrant Priſci Scriptores. Hocce vero ter exuſtum, ter reparatum dicunt: Scilicet I. Bello Civili Syllano, & ab eodem Sylla poſtmodum inſtauratum: II. Bello Vitelliano, a Veſpaſiano deinde reparatum. III. demum extremis ejuſdem Veſpaſiani temporibus, ſed longe magnificentius a Domitiano excitatum, qui xii. millia talenta in eo opere impendiſſe dicitur. Heic de prima reſtauratione ſermo ſit; Vide Tacitum *l.* vi. *Ann.* Cap. xii., ubi pro *Civili* bello, *Sociali* legitur. Memoriæ lapſus a Lipſio creditur Tacitus, quamquam Julianus Pichon ob mutuam utriuſque belli connexionem, unum pro alio ſumi poſſe putaverit. Adde quæ a nobis annotantur ad *l. De Ira Dei* cap. xii. Seg. 6. & diſs. XL. Cap. ii. §. viii.

Ex

c *Ex omnibus Civitatibus* &c. Tacitus ubi ſupra. *Samo, Ilio, Erythris, per Africam etiam, & Siciliam, & Italicas Colonias.*

d *Fuerunt*. Al. *fuerint*.

12.

Octavam Helleſpontiam [a], in agro Trojano natam, vico Marpeſſo [b], circa oppidum Gergithium [c]: quam ſcribit Heraclides Ponticus [d] Solonis, & Cyri fuiſſe temporibus [e]. Nonam Phrygiam [f], quæ vaticinata ſit Ancyræ [g]. Decimam Tyburtem, nomine Albuneam [h], quæ Tybury colitur, ut Dea [i], juxta ripas Anienis: cujus in gurgite ſimulachrum ejus inventum eſſe dicitur, tenens in manu librum, cujus ſacra Senatus in Capitolium [k] tranſtulerit [l].

Harum

a *Octavam Helleſpontiam*. Sic in MS. Epitom. Al. *Helleſponticam*. Al. *Helleſpontiacam*. Lact. infra Cap. xi. Seg. 59. *Mare Helleſponticum*. Noſtra lectio Ciceronem audit Epiſt. Fam. l. xiii. 53.. *Si quid habebit cum aliquo* HELLESPONTIO *controverſiæ*.

b *Vico Marpeſſo*. Schottus, & Aldus, *Marmeſſo* quod pluribus placuit. Ego vero nihil immutandum cenſui, quia etiam apud Geographos nobiliores eandem variationem reperio. Noſtræ tamen Lectioni favet Tibullus L. ii. cap. v. V. 67.

Quidquid Amalthea, quidquid Marpeſſia dixit.
Et Virgil. æn. vi. V. 471. *Marpeſſia cautes*. Ubi Servius, *Marpeſos*, ait, *Mons eſt pari inſulæ*. Ideoque non

non vicus, ſed Mons a vico diſtinctum, ut bene obſervat Baudrant, & eſpreſſe legitur apud Stephanum de Urbibib.. ΜΑΡΠΗΣΣΑ ὄρος Πάρυ. &c. Qui tamen de vico noſtro omnino tacet, quem alii ſitum dicunt in Troico Idæ Monte. Al. *Marineſſo*. Al. *Marnieſſo*.

c *Circa oppidum Gergithium*. Al. *Gergitium*. Idem Stephanus ubi ſupra V. ΓΕΡΓΙΣ. Thoma de Pinedo interprete. *Gergis*, ait, *Urbs Trojæ*; *& declinatur* Gergis, Gergithis. *Dicitur etiam* Gergithus *nominativus a Genitivo*, *ut* Træzenus. *Civis*, Gergithius, *fæm.* Gergithia; *a quo* Gergithia Sybilla *oraculorum interpres*, *cujus imago in Gergithiorum Numiſmate*, *ipſa*, *& Sphinx inculpta fuit*, *ut Phlegon Olympiadum l.* ii.. *In Templo vero Apollinis Gergithii Sibyllæ ſepulchrum eſſe ajunt* &c. Betuleius perperam verba Stephani interpretatus eſt, quam heic, ait, de Stephano: *teſtatum eſſe*, *Sibyllam eandem eſſe cum Sphynge*, *percutique ſolitam in Numiſmate &c.*

d *Heraclides Ponticus*. Plures invenio viros hiſce nominibus inſignitos, quorum hic Hiſtoriographus, etiam *Odeſſita* a Stephano appellatur. Vide Diſs. xi. Cap. xvii. §. ii.

e *Solonis*, *& Cyri fuiſſe temporibus*. Scilicet circa Olymp. xiv. aut iv. vide diſs. xxii. §. xviii.

f *Nonam Phrygiam*. Epit. Cod. Taur. *Nonam Frygiam*. Hanc Capella eandem cum *Erythræa*, *& Cumana facit*, inquit heic Betuleius; ſed non mirum. quum Sibyllarum numerum Author ille ad binarium contrahere ſtuduerit. Vide diſs. xi. cap. ii. §. viii.

g *Ancyræ*. Aldus ex Cod. Taxaquet. *Anticirae*; Urbs, quæ quamquam in Galatia a quibuſdam ponatur, Prygiæ tamen eſt, ut docet Stephanus de Urbibus. *Angorim* etiam dicta eſt Jovio Hiſt. lib. xiii. *ab Ancora*, quæ ibidem reperta eſt, & in Sacello Jovis repoſi-

poſita, teſte Pauſania L.vii. *in Atticis*, ubi de Pergamenis ait: *Ancyra Phrygum Oppido occupata, ſupra Sangarium amnen* conſederunt. *Eam Urbem Midas Gordii filius condiderat, & ad meam ſane uſque atatem permanſit ancora ab ea inventa in Jovis ade.*

h *Tyburtem nomine Albuneam* Al. *Tyburtinam.* Sic. Schotthus. Al. *nomine Almuneam* Al. *Albunaeam* Al *Albunam* ex Tibull. eleg. v. l. ii. vide Turneb. xi. Adverſ. 26. Broukus ad Tibull. l. c. *Albunea* nomen Fontis, & Sylvæ eſt ab aquæ qualitate factum, unde nonnulli etiam *Leucotheam* dictam fuiſſe volunt cum Servio ad Virgil. æn. vii. V. 53., quamquam nihil ibi de Sibylla.

i *Colitur, ut Dea*, Non ſolum id Indicant Mons, & Fons ejus nomine in agro Tiburtino, ut ait Gallæus, & ex eo Langlet; ſed præcipue Templum, eidem olim dicatum, etiamnum in parte conſpicuum, Virginique Deiparæ Sacrum, in cujus externi muri corona antiquo charactere exaratum legitur.

Lucio Caelio L. F.:

Vide Kircher. *in Latio* cap. vii., & Zappium in *Annalibus Tiburtin.*

k *Cujus ſortes Senatus in Capitolium tranſtulerit* Hæc omnia delent Schottus, & Aldus Al. *cujus Sacræ* Al. *in Capitolio* Al. *abſtulerit* Al. *attulit* Eligo hanc lectionem ob illud Tibulli l. ii. v,, ſeu Eleg. vi. a V. 67.

Quidquid Amalthea, quidquid Marpeſſia dixit
Herophile, Phæbo grata, quod admonuit,
Quodque Albuna Sacras *Tiberis per flumina* Sortes *Portavit* &c. Forte enim Lactantius, ut ait Bunem., ſcripſerat *Sacras ſortes*: ſcilicet *cujus Sacras ſortes &c.*

l *In Capitolium* De hac Hiſtoria dubitari nequit, ut oſtendimus diſſ. xi. cap.ii. §. ix.

13.

Harum omnium Sibyllarum carmina, & ferun-

feruntur, & habentur, *a* præterquam Cimmææ *b*: cujus libri a Romanis occuluntur, nec eos ab ullo, niſi a quindecim viris *c*, inſpectos habent *d*. Et ſunt ſingularum ſinguli libri: quos quia Sibyllæ nomine inſcribuntur, unius eſſe credunt *e*: ſuntque confuſi, nec diſcerni, ac ſuum cuique aſſignari poteſt, niſi Erythrææ, quæ & nomen ſuum carmini verum *f* inſeruit, & Erythræam ſe nominat, ubi, prælocuta eſt *g*, quum eſſet orta Babylone *h*.

Sed

a *Harum omnium Sibyllarum carmina, & feruntur, & habentur* Tullius l. ii. *de divinat.* hoc negare videtur, cui favet Dionyſ. Halicarn., qui hujuſmodi verſus ex arte compoſitos, ac Sibyllinis inſertos fuiſſe tradunt; At Svetonius de Auguſto ſcribit, eum libros Sibyllinos, aliis crematis, retinuiſſe, eoſque *delectu habito condidiſſe duobus forulis auratis ſub Palatini Apollinis baſi*. Vide diſs. l. c.

b *Præter quam Cimææ* Sic iterum lego cum MS. Taurinenſis Epit.deficiente adhuc Bonon., & ante me ſic legerat Bunem. Al. *Cumææ* præferunt cum Iſæo, qui eandem hanc eſſe putat cum Cumana, quia qui ſedulo occultabantur illi erant, qui a Sibylla Tarquinio venditi fuerant, provocatque pro ſua lectione ad Halicarn., ad A. Gellium, ac ad eundem Lact. cap. xxiii. *de Ira Dei*, At ubique locorum varias reperio lectiones, & præſertim in noſtro Bonon. Cod. punctis ſic verbum hocce *Cumææ* ibidem inſignitum, quibus corrigenda, ut ſæpe monui, indicari ſolent in Mss. codicibus. Vide in diſs. l. c.

Niſi

c *Niſi a quindecim viris* Hi primum duumviri ex inſtitutione Tarquinii fuerunt uſque ad annum V. C. cccxxciix. auctus deinde eorum numerus, & Decemviri creati ſunt. Demum iis quinque additis, Quindecim virorum Sacris faciundis collegium inſtitutum eſſe, Livius, Dionyſ., Aliique de Hiſt. Rom. agentes paſſim tradunt. Nos ſupra ſeg. 7.

d *Inſpectos habent* Aldus, & Schottus *inſpici fas habent*. Al. *inſpectos habent*, ut ex Gronovii membranis Bunem. Al. *fas habentur*.

e *Quos, quia Sibyllæ nomine inſcribuntur, unius eſſe credunt* Sic cum cod. Cæſaraug. ex Schotto legendum puto, ubi Al. habent *qui* .... *creduntur*, ut Aldus notat ex Taxaq. Cod.

f *Quæ & nomen ſuum carmini verum* Ultimam hanc vocem delet Schottus; Al. *nomen ſuum verum carmini*. Mecum legit Aldus ex Cod. Taxaq.

g *Se nominat, ubi prælocuta eſt* Sic lego cum Aldo, Schotto, & Bunem. niſi quod Schottus *prolocuta eſt* habet, ubi Al. perperam *Se nominatam iri prælocuta eſt*.

h *Babylone* Ita Iidem habent Al. *Babylonis* Al. *Babiloniæ*.

14.

Sed & nos confuſe Sibyllam dicemus [a], ſicubi teſtimoniis earum fuerit abutendum [b]. Omnes igitur hæ Sibyllæ unum Deum prædicant,

a *Sibyllam dicemus* Schottus *Sibyllas*.

b *Fuerit abutendum* I. E. *utendum*, ut ſæpe Cic. E. G. *de Nat. Deor.* ii. *Sagacitate canum ad utilitatem noſtram abutimur* Adde Doletum in Comm. L. L.; & Barth. *adverſar.* l. xix. cap. xv.

Quæ

eant, maxime tamen Erythræa: quæ celebrior inter cæteras, ac nobilior [c] habetur: ſiquidem Feneſtella diligentiſſimus ſcriptor [d] de XV. Viris dicens, ait: reſtituto Capitolio retuliſſe ad ſenatum C. Curionem Cos. [e], ut legati Erythras mitterentur, qui carmina Sibyllæ conquiſita; Romam deportarent [f]: itaque miſſos eſſe P. Gabinium, M. Octacilium [g], L. Valerium: qui deſcriptos a privatis verſus circa mille Romam deportarunt [h]. Idem ſupra oſtendimus dixiſſe Varronem.

c *Quæ celebalor inter cæteras, ac nobilior* Laurentius Valla *celeberrima .... ac nobiliſſima* heic ſcribendum eſſe cenſuit L. i. Elegant. cap. xiii. Et Deſpauterius in *Comm. Gramm.* optime vindicat Lactantium, cui adde Vechn. *Hellenol.* p. 59. ex Bunem.

d *Feneſtella diligentiſſimus Scriptor* De eo vide ad cap. xxii. de I. D., & diſs. xi. cap. xxi ſ. xviii.

e *C. Curiorem Coſ.* Is conſul fuit cum Cn. Octavio an. C.V. DCXXXVII., aut DCXXXVIII. vide Tabul. Chronol.

f *Romam deportarent* Al. *reportarent*.

g *M. Octacilium* Schott. *M. Ottilius*.

h *Verſus circa mille deportarunt* Al. *deportaverunt* Vide Dionyſ. Halicarn. L. iv. *Antiq. Rom.* Al. *deportarin*.

15.

In his ergo [a] verſibus, quos legati [b] Romam

G

a *In his ergo* Heic codex Bon. continuatur. Al. *In iis*

mam attulerunt [c], de uno Deo hæc ſunt teſtimonia :

Εἷς Θεὸς ὃς μόνος Ἄρχει [d] ὑπερμεγέθης [e] ἀγένητος [f].
Hunc eſſe ſolum Deum, ſummum [g], qui cœlum fecerit, luminibuſque diſtinxerit :

Ἀλλὰ Θεὸς μόνος εἷς πανυπέρτατος ὃς πεποίηκεν
Οὐρανὸν ἠέλιόν [h] τε καὶ ἀςέρας ἠδὲ σελήνην [i].
Καρποφόρον γαῖάν τε, καὶ ὕδατος οἴδματα πόντου.

Qui

---

iis & Aldus de Cod. Longobardico pariter refert: *Hic iterum liber L. ſequitur*, non tamen eodem loco deficiunt, ut notavi cap. ant. Seg. 20. & 23.

b *Romam Legati* Al. *Legati Romam*.

c *Attulerunt* Bon. *Adtulerunt*.

d Ἄρχει Al. Ἐςὶν. Al. Ἀρχὴ Retineo lectionem noſtri codicis cum Theophilo ad Autholycum L. ii. xxxvi., Wolfio, & Opſopœo, aliiſque ad procemium Carminum Sibyllinorum Edit. Gallæanæ p. 13. Betulejo ſcanſio videtur inconcinnior; Sed in noſtro carmine ſibyllino quantitas optime regulis reſpondet proſodiacis; Anonymus Maurinus, (*Si Codd. MSS. Lactantii haberent* Ἀρχὴ), ut quidam falſo aſſeruerant, hanc ſcripturam, noſtræ anteponendam cenſuit; quod de Deo non incommode dici poſſit : ὃς μόνος ἀρχὴ &c. *Solus eſt principium*.

e ὑπερμεγέθης. Bon. ὑπερμεγέθες Male;nam ultima ſyllaba non per ε tenue, ſed per Ita η, ſcribenda eſt, ut Grammatici docent. Quidam hanc vocem exponunt : *ter Maximus*; Sed alii melius : *magnitudinem omnem exuperans*.

f Ἀγένητος Bon. ἀγέννετος cum dupli νν, quæ ſyllabæ

labæ quantitatem heic male immutarent. Vox, iſta, ſicuti & Ἀγεννησία Æterni Patris proprietatem exprimere, annotavit Gallæus in nota 12. *proœmii Carm. Sibyll.*, plurimaſque Veterum Patrum teſtimonia adverſus Arianos adjecit.

g Πανυπέρτατος Spanhemius ad *Callimachum Jovem* ℣. 91. hanc vocem exponit; *exuperantiſſimus*, laudaturque propterea a Bunemanno. Vetus autem Interpres hanc ponit horum quatuor carminum latinam verſionem

Vnus, qui ſolus regnat Deus, unus; & idem
Non genitus, rerum ſummus, ſuper omnia magnus,
Qui Cælum, Solem, Stellas, Lunamque creavit,
Frugiferam terram, Pontique fluenta tumentis.

h Ἥλιόν τε &c. Al. Ἐλίοντε: Quatuor hoſce verſus quamquam Erytrhææ Sibyllæ eſſe creduntur; tamen cum aliis tribus junctim recitantur in proœmio Carminum Sibyllinorum, ubi Ranconetus annotat; ignotum eſſe, cui tres poſtremi ſint tribuendi. Vide ibidem Opſopæum, & Gallæum. pag. 35. edit. ſuæ.

i Ἠδὲ σελήνην Bon. ΗΔΗΣΗΛΕΝΗ.

16.

Qui quoniam ſolus ſit [a] ædificator mundi, & artifex rerum, vel quibus conſtat, vel quæ in eo ſunt, ſolum coli oportere, teſtatur:

a *Qui quoniam ſit* &c. Schottus: *qui quomodo ſolus ſit, ita* &c.

Αὐτὸν [b] *τὸν μόνον ὄντα σέβεσθ' ἡγήτορα κόσμου*
Ὅς μόνος [c] *εἰς αἰῶνα, καὶ ἐξ αἰῶνος ἔτυχεν* [d].

Item alia Sibylla *, quæcunque eſt, quum perferre ſe ad homines Dei vocem diceret, ſic ait:

Μοῦνος γὰρ Θεός εἰμι καὶ οὐκ ἔστιν [e] *Θεὸς ἄλλος*.

Exequerer nunc teſtimonia cæterarum, niſi & hæc ſufficerent, & illa opportunioribus locis reſervarem.

Sed

b *Αὐτὸν* &c. Hi etiam duo verſus Sibyllini habentur apud Theophil. ibidem, & in editione Gallæana pag. 22.

c *Κόσμου*. Iſæus *κόσμον* male.

d *Ἔτυχεν* In hanc lectionem omnes Lactantii Codices collineare heic aſſeruit Iſæus; Sed falſus eſt. Nam Bon. antiquior rotunde habet *ἐυτύχθη* male ſcriptum pro *ἐτέχθη*, aut *ἐτύχθη*, ut alii fere omnes editi ubique legunt, & legendum omnino cenſent ob metri rationem; nam ſyllabam ſecundam in *ἔτυχεν* brevem eſſe, docet idem Iſæus. Verum, ut bene obſervavit Wolfius, hujus formæ *ἐτύχθη α τυγχάνω* vix dari poteſt exemplum; quare, cum editis, & plerisque MSS. lego: *ἔτυχεν*: & ſic omnem aufero ambiguitatem, nec metri rationem violare puto, quum *υ* apud Græcos non brevis, ſed anceps ſit, & modo producitur, modo corripitur. Adde quod de Deo non bene dicitur *ἐτέχθη*; nec appoſite attuliſſet heic Lactantius, quod majeſtatem Dei ſingularis non decet.

* Serm. viii.

e *Μοῦνος γάρ Θεός εἰμι* &c. Sic in noſtro Bon. MS. Co-

Codice legitur Carmen iſtud, quod Al. ſcribunt: εἷς μόνος εἰμὶ Θεὸς. Nobiſcum legit Opſopœus ex alio MS. Lactantii Codice apud Gallæum *in Sibyll. Oracul. nota* 122. *pag.* 750., ubi Ranconetus legendum cenſuit ὃς μόνος ἐςὶ Θεὸς. Iſæum vero minime Codicem noſtrum ſedulo heic inſpexiſſe puto, ac cum Carminibus Sibyllinis contuliſſe; nam ait: *Hic verſus ſæpe reperitur inter Carmina Sibyllina, ſed in hæc verba*

Αὐτὸς γὰρ μόνος ἐςὶ Θεὸς &c.

Opſopœus, & Gallæus ſic Latine exponunt:

Solus Deus eſt; non eſt Deus alter ab ipſo.

17.

Sed quum defendamus cauſſam veritatis apud eos, qui aberrantes a veritate falſis religionibus ſerviunt: quod genus probationis [a] adverſus eos magis adhibere debemus, quam ut eos Deorum ſuorum teſtimoniis revinçamus?

a *Quod genus probationis* Ad hanc Lactantii rationem minime animum advertiſſe dicendi ſunt ii omnes, qui vitio vertunt eidem, ex hiſce fontibus argumenta adverſus Ethnicos derivaſſe. Vide ergo ad L. iv. Cap. xv. Seg. 26., ad L. v. Cap. i. Seg. 29. &c. & Diſs. xxiii. Cap. i. §. viii.

C A P U T VII.

1.

A Pollo [a] enim, quem præter cæteros [b] divinum, maximeque fatidicum exiſtimant, Colophone reſpondens [c], quod Delphis [d], credo, emigraverat [e], amœnitate ductus Aſiæ, quærenti cuidam, quis eſſet, aut quid eſſet omnino Deus: reſpondit viginti & uno verſibus [f]. Quorum hoc principium eſt [g].

Αὐτοφυὴς, ἀδίδακτος, ἀμήτωρ, ἀςυφέλικτος.
Οὔνομα μηδὲ λόγῳ χωρέμϐρον, ἐν πυρὶ ναίων.
Τουτὶ Θεός, μικρὰ δὲ Θεῦ μερὶς ἄγγελοι ἡμεῖς,

Nun-

---

a *Apollo.* Inter Oracula vetera plurima ſunt, quæ Apollini ſub diverſis cognominibus tribuuntur, ut Diſs. xi. Cap. ii. §. i. dicemus.

b *Præter cæteros* I. E. *præ cæteris*. Sic ſæpe Cicero. Vide notas varior. ad *L.* ii. *de Offic.* Cap. vii.

c *Colophone reſpondens* Colophon, Urbs Joniæ fuit ad Ægei Maris oram in Aſia minori quondam ſita; Una ex ſeptem Civitatibus, quæ ſuum Civem fuiſſe glorientur Homerum. Ibidem Calchas Vates mortuus eſt & magnifico conditus ſepulcro. Colophonii Equeſtri Militia adeo excelluerunt, ut nullum fere prælium ſine eorum ope a Græcis confici poſſe, ſibi ipſi perſuaderent. Hinc *Colophonem addere alicui operi* in proverbium abiit, idemque valet, ac *manum ſupremam imponere*, ſeu *rem ad umbilicum perducere*. Strabo Apollinis Clarii lucum ante Colophona ponit. Mela

Fa-

Fanum illius cum Colophone conjungit. Euſtathius hunc locum abſolute *Clarum* appellat. Vide Tacit. l. ii. 54. & l. xii. 22. Plin. l. ii. C. 103. l. v. 29. Euſeb. *de præparat. Ev.* l. ii. Tertull. *de Anima*, & Diſs. xi. cap. ii. §. i.

d *Quod Delphis* Al. *quo a Delphis* Al. *quo Delphis* Sic Aldus ex utroque Cod. Pro hac quidam, alii pro noſtra lectione contendunt. Utraque enim bona eſt. Nota heic lepidam ironiam, illi ſimilem, quam S. Pater noſter Helias Propheta adhibuit, Idololatras irridens Sacerdotes III. Reg. xviii. 27. *Dum eſſet jam meridies illudebat illis Helias, dicens: Clamate voce majori; Deus enim eſt, & forſitan loquitur, aut in diverſorio eſt, aut in itinere, aut certe dormit.* Delphis autem clariſſima olim Urbs fuit in Phocide ſub Monte Parnaſſo, X. M. paſſuum a Cyrrha diſtans, ubi oraculum Apollinis in templo ſatis magnifico reſponſa dabat. Vide Tacitum eo loci, de quo nuper nota ſuperiori diximus.

e *Credo*, *emigraverat* Sic Aldus. Schottus *migraverat* Al. *τὸ Credo* non habent: Sed vox omnino retinenda ad Cicer. imitationem *de Provinc. Conſular.* Cap. xii. *Amœnitas eum*, Credo, *locorum retinet*.

f *Viginti*, *& uno verſibus* Sic Schottus Al. *viginti*, *& unum* Al. *viginti*, *& unis* Al. xxi.

g *Quorum hoc principium eſt* Betuleius heic notat. Auguſtinum Eugubinum L. iii. *de Perenni Philoſoph.* L. xxi. hoc Oraculum ſexdecim comprehenſum verſiculis retuliſſe, quorum hi tres ultimi ſunt. At nihil inde Critici ſane poſſunt eruere, niſi & qui ſequuntur verſus recitentur, & ex quo eruperunt, Fons retegatur. Gallæus inter Vetera Oracula ad Calcem Sibyllinorum pag. 14. habet eoſdem verſus, quos heic refert Lactantius, & non alios.

h Αὐτοφυὴς &c. Bon. αὐτοφυὲς &c. verſio Latina antiqui Cod. MS. ſic ſe habet.

Ex ſe ortus, non edoctus, ſine Matre, inconcuſſus,
Nomen ne verbo quidem capiendum, in igne habitans.
Hoc Deus eſt, modica autem Dei portio Angeli nos.

2.

Nunquis [a] poteſt ſuſpicari de Jove eſſe dictum, qui & matrem habuit [b], & nomen? Quid, quod * Mercurius ille ter maximus [c], cujus ſupra [d] feci mentionem, [e] non modo *Ametora* [f], ut Apollo, ſed *Apatora* [g] quoque appellat Deum, quod origo illi non ſit aliunde. Nec enim poteſt ab ullo eſſe generatus [h], qui ipſe univerſa generaverit.

Sa-

a *Num quis* Al. *Numquid*.

b *De Jove, qui & matrem habuit* &c. Al. copulam non habent.

* Cap. vi. 3.

c *Mercurius ille ter maximus* Schottus *Mercurius ille Triſmegiſtus*.

d *Cujus ſupra* Cap. vi. Seg. 3. ſeq. Et infra L. iv. C. viii. Seg. 2. Cap. xiii. Seg. 2. Diſs. xxvii C.ii. §. x.

e *Feci mentionem* Al. *mentionem feci*.

f *Non modo Ametora* Bon. *Amectora* Al. Græce ἀμήτωρα Al. *ſine Matre*.

g *Sed Apatora* Al. Græce ἀπάτωρα I.E. *ſine Patre*.

h *Eſſe generatus* Al. *generari*.

3.

Satis (ut opinor) argumentis docui [a], & teſtibus confirmavi, quod per ſe ſatis clarum eſt: Unum eſſe regem mundi, unum Patrem, unum Deum [b].

---

a *Satis, ut opinor, argumentis docuit* Al. *& argumentis* &c.
b *Unum Deum* Schottus *Dominum*.

4.

Sed fortaſſe quærat aliquis a nobis idem illud, quod apud [a] Ciceronem quærit Hortenſius: *Si Deus unus eſt, quæ eſſe beata ſolitudo queat?* Tamquam nos [b], quia unum dicimus [c]; deſertum, ac ſolitarium [d] eſſe dicamus; habet enim miniſtros, quos vocamus nuntios [e].

Et

---

a *Illud, quod apud Ciceronem quærit Hortenſius* Bon. *illut .... aput* Excidit iſte Ciceronis liber, in quo *de Philoſophia* agebatur, teſte Auguſtino L. iii. *Confeſſ.* C. iv. l. i. *de Ordine* Cap. x. &c: de Hortenſio Oratore, Ciceroni ætate fere æquali, in dicendo unice minori, vide Gellium L.i. Cap.v., & Diſs. xi. Cap.22. §.x.
b *Tamquam nos* Al. *tanquam*. Bene utroque modo.
c *Quia unum dicimus* Sic Schottus Al. *qui unum eſſe dicimus*.
d *Deſertum, ac ſolitarium* Laudandus heic, non repre-

reprehenſione dignus eſt Lactantius, qui Deum *ſolitarium*, & *deſertum* eſſe negat; etſi rationem veram ob arcani diſciplinam Ethnicis non reddat. Vide Diſs.xxix. Cap. v. §. iii., & Cap. xi. §. iii.

e *Nuntios* Al. *Nuncios* Heum: mallet *Angelos*. In Pſal. ciii. V. 4. *Qui facis Angelos tuos Spirtius, & Miniſtros tuos ignem urentem* Item *ad* Hebr. Cap. i. V. 7. Schottus

§. 5.

Et eſt illud verum, quod dixiſſe in exhortationibus * Senecam ſupra retuli [a]: *genuiſſe Regni ſui miniſtros Deum*. Verum hi neque Dii [b] ſunt, neque Deos ſe vocari, aut coli volunt: quippe qui nihil præter juſſum, ac voluntatem Dei faciant. Nec tamen illi ſunt, qui vulgo coluntur [c]: quorum & exiguus, & certus eſt numerus [d]. Quod

* Cap. v. 27.

a *Supra retuli*; GENUISSE REGNI SUI MINISTROS DEUM ex hac lectione firmavimus C. v. Seg. 27. emendationem Bunem. ex Crenio. τὸ *Genuiſſe* heic valet *creaſſe*, more antiquorum. Vide ad l. iii. C. xiv. Seg. 10. ad l. vii. C. v. Seg. 9. ad l. ii. C. ix. Seg. 3. Diſs. xxvi. Cap. i. §. 4.

b *Neque Dii ſunt, neque Deos ſe vocari, aut coli volunt* Expreſſe hac de re Angelus Johannem monuit Apocal. xix. 10. & xxii. 9. Adde ad Coloſ. ii. 18., & ad

ad Heb. i. 13. ſeq. Gallœus tamen heic crudam in nos Lutheri, & Calvini bilem eructat, quaſi Catholica Romana Eccleſia Angelos, tamquam Deos coleret, errore Simonis Magi, de quo Tertullianus ait: *Simoniacæ diſciplinæ Magia Angelis ſerviens*. Walchius ad Fabricii Bibliographiam ſuos ablegat lectores, ut videant Cap. viii. §. 28. quid adverſum nos hoc de errore decernat. Sed cæcorum ritu:

Attollunt vacuum plus nimio verticem.

Vide Diſs. xxxv. cap. iii. §. vi,, & interim nota quod cultum divinum, nempe *Latriæ*, heic Lactantius doceat Angelos nolle; non autem eis denegavit cultum *Duliæ*.

c *Qui vulgo coluntur* Perpende heic, quos Angelos, & quo ritu, coluiſſe Ethnicos Lactantius doleat.

d *Quorum exiguus, & certus eſt numerus* Scilicet tertia omnium pars ex Apocal. xii. V. 4.

Et cauda ejus trahebat tertiam partem Stellarum, Vide Diſs. xxv. C. i. §. v.

6.

Quod ſi cultores Deorum, eos ipſos colere ſe putant [a], quos ſummi Dei miniſtros appellamus: nihil eſt, quod nobis [b] faciant invidiam [c], qui unum dicamus, multos negemus.

Si

a *Colere ſe putant* Al. *ſe colere* &c.

b *Nihil eſt, quod nobis* Al. *in quo nobis* Al. *in quod nobis* Schottus noſtram aliis lectionem præfert, quam immerito reſpuit Cellarius. Τὸ *quod* heic valet: *Pro-*

pter

pter quod, ut Donatus docet *ad Teren. Hecyr.* II. 3. 3. Lambin. *ad Terent. Andr.* I. 5. 54. *Horat* 1. *Epiſt.* xvi. 94. *Quod te per Genium* &c. ubi Scholiaſtes notat. I. E. *propter quod te obſecro*. Potuit etiam eleganter heic uſurpari pro *quare*, ut apud Teren. *in Hecyr.* iii. 2. 3.

Male metuo, ne Philumenæ magis morbus aggraveſcat.

Quod te, Æſculapi, & te Salus, ne quid hujus ſit, oro.

I. E. *Quare te oro* &c.

c *Nobis faciant invidiam* Elegans phraſis, inquit Bunem. quam iterum habes L. iii. Cap. xxviii. 10. Quintil. *Decl.* xix. C. 4. & 9. Et Livium, & Ovidium addere poſſes; Senecam, Petronium alioſque, de quibus commentariorum Scriptores, conſule, ſi lubet.

7.

Si eos multitudo delectat: non duodecim dicimus [a], aut trecentos ſexagintaquinque [b] (ut Orpheus [c]) ſed innumerabiles eſſe [d]. Arguimus errores eorum in diverſum [e], qui tam paucos putant. Sciant tamen, quo nomine appellari debeant: ne violent verum Deum [f]: cujus nomen exponunt [g], dum pluribus tribuunt.

Cre-

a *Non duodecim dicimus* Cum apud Græcos tum apud Latinos xii. Dii majores putabantur. Vide Diſs. xxvii. Cap. v. §. xxii.

b *Aut trecentos ſexaginta quinque*. Scilicet unicuique dierum Deus aliquis aſſignatus erat, cui dominium aſſi-

aſſignatæ ſibi diei ſpectabat, ſicuti de horis dicunt Aſtrologi, & Kabbaliſtæ. Baſilidis hoc fuiſſe commentum Carmina illa innuunt apud Anonym. Poet. L. i. contra Marcionem.

Tantos eſſe Deos Baſilides credere juſſit,
Quantos & dies annus habet . . . . . .

c *Orpheus*. De eo vide Diſs. xi. Cap. ii. §. iv.

d *Sed innumerabiles eſſe*. De Angelis, qui Deo fideles in aliorum prævaricatione remanſerunt, loquens Propheta Daniel vii. V. 10. ait · *Millia millium miniſtrabant ei; & decies centena millia aſſiſtebant ei.*

e *Arguimus errores eorum in diverſum*. Al. *eorum errores*. Al. *in contrarium*. Heum. legit. *Eorum errorem, qui paucos putant*. At *in diverſum* idem valet ac *a contrario*. Tac. xii. Ann. Cap. xix. *Mox nullo in diverſum authore*.

f *Sciant tamen quo nomine appellari debeant, ne violent verum Deum*. Al. *Ne Deum verum violent*. Si, quo fas erat, animo hæc legiſſent Heterodoxi non dubito, quin cognoviſſent, non Angelorum bonorum cultum; ſed colendi modum heic a Lactantio improbari· Alias enim argumentum ejus non fuiſſet a contrario petitum; etſi ob arcani diſciplinam cautius ſit locutus · Vide Diſs. xxx. Cap. iii. §. vi.

g *Cujus nomen exponunt*. Al. Apud Schottum *non exponunt* Al. *explodunt*. Al. *expungunt*. Nihil mutandum. *Exponere* enim a Latinis optime uſurpatur pro *abjicere*, & forti, ac fortunæ committere. Liv. i. Cap. iv. *pueros exponunt* · Vide ad L. vi. Cap. 20, Seg. 21. & ad l. v. C. ix. Seg. 15.

8.

Credant Apollini ſuo, qui eodem illo reſ-

reſponſo, ut Jovi Principatum, ſic etiam cæteris Diis abſtulit nomen. Tertius * enim verſus [a] oſtendit, Dei Miniſtros non Deos, verum angelos appellari oportere [b].

---

a *Tertius enim verſus*. Vide quæ diximus ad Seg. 1. nota ultima.

b *Angelos appellari oportere*. Sic omnes præter Bononienſem Mſſ. antiquiorem Codicem, in quo additur: *debere*: Nimirum ex margine in textum male relatum.

9.

De ſe quidem ille mentitus eſt: qui quum ſit e numero dæmonum, Angelis ſe Dei aggregavit [a]: denique in aliis reſponſis, dæmonem ſe eſſe confeſſus eſt. Nam cum interrogaretur, quomodo ſibi ſupplicari vellet, ita reſpondit [b]:

Πάνσοφε, παντοδίδακτ', ἐνολοίστροφε κέκλυθι δαῖμον.

Item rurſus cum preces in Apollinem Smintheum [c] rogatus exprometeret, ab hoc verſu exorſus eſt:

Ἁρμονίη κόσμοιο φαεσφόρε, καὶ σοφὲ δαῖμον.

Quid

---

a *Qui quum ſit e numero Dæmonum Angelis ſe Dei aggregavit*. Bon. *adgregavit*. Obſerva heic quomodo Lactantius noſtram ſuperius datam expoſitionem confirmet: Scilicet: Se denegare Angelis bonis nomen, & Cultum, Deo debitum; non autem venerationem mini-

niſtris ejus fidelibus propriam. Quare enim ait, mentitum eſſe ſpiritum, qui ex Apollinis tripode locutus erat, niſi ut oſtenderet, Diabolum ita locutum eſſe, ut Cultum, ſaltem aliquem, ſibi omnimodè indebitum, ab hominibus reciperet? Quamvis enim *Angeli* nomen bonis, praviſque ſpiritibus congruat, ſicuti & *Dæmonis*; tamen illud *Eudæmon*, id eſt, *bonus Angelus*, hoc vero *Cacodæmon*, id eſt, *malus Angelus* exponi ſolet. Ideoque Pſal. xcv. V. 5. *Omnes Dii gentium Dæmonia*.

b *Ita reſpondit*. Omnia Sapiens, omnia docte, *qui per cuncta Verſaris, exaudi Dæmon*. Sic Latinus interpres ad oram quorundam Mss. Cod., in quibus Græca verba non leguntur.

c *Quum preces in Apollinem Smintheum*. Bon. & Aldus *præcem . . . . . , Sminthium*. Correximus ex L. i. Homer. Iliad. V. 39. Ubi Quinto caſu ait. *Sminthen*. De hocce Apollinis cognomine, & vocabulo vide Diſs. XL. Cap. ii. §. i. Bunem. explicat τὸ *preces* I. E. *Diras exſecrationes*: Sed non apprabo; Nam idem Homerus vere deprecando, non execrando Apollinem ibidem invocat inquiens:

Exaudi me argenteum arcum habens, qui Chryſam cuſtodis,
Cillamque perdivinam, Tenedoque fortiter imperas,
Sminthen &c.

Al. legunt prave *Gnitheum*: *Sinuinthium*: *Sannitium*. Schottus ad G. Canter. lib. iii. N. C.xxx. f. nos ablegat.

d Πάσοφε Bon. αὐτόφυης.

10.

Quid ergo ſupereſt, niſi ut ſua confeſſione

ſione verberibus Dei veri [a], ac pœnæ ſubjaceat [b] ſempiternæ? Nam in alio [c] reſponſo ita dixit [d]:

Δαίμονες οἱ φοιτῶσι περὶ χθόνα καὶ περὶ πόντον
Ἀκάματοι, δάμανται ὑπαὶ μάστιγι θεοῖο.

---

a *Verberibus Dei veri.* Al. *veri Dei.*
b *Subjacet.* Bon. *ſubjaceat.*
c *Nam in alio.* Bon. *Nam eis alio.*
d *Dixit.* Dæmones, qui ventitant circa terram, &
. . . . *circa Pontum.*
Indefeſſi, domantur ſub flagello Dei.
Verſio Latina eſt, quam Mss. exhibent.

11.

De utriſque generibus in 11. lib. differemus [a]. Nunc interim nobis ſat eſt [b], quod dum ſe vult honorare [c], & in cœlo collocare [d], confeſſus eſt, id quod res habet, quomodo ſint [e] appellandi, qui Deo ſemper aſſiſtunt [f].

Re-

---

a *De utriſque generibus in ſecundo libro differemus. Nunc interim* &c. Sic eleganter. Bon. ſeptem priora verba non habet, & ab octavo legit *Nunc interim* &c. Sic Aldu. At alii omnes ea retinent; immo teſte Bunem. Lipſienſis Codex MS. ſecundus addit: *capitulo nono* qui locus eſt valde ſuſpectus, ut ibidem notavimus a Seg. 3. ſeq.
b *Sat eſt.* Schottus *Satis eſt.*
c *Dum ſe vult honorare.* Al. *ſe honorare vult.* Al. *honorari.* *Et*

d *Et in Cœlo collocare* Al. *collocari*: Hiſce verbis ea roborantur, quæ ad Seg. 7. ſuperius annotavimus.

e *Quomodo ſint*. Aldus *& quomodo*.

f *Qui Deo ſemper aſſiſtunt*. Sic Aldus Bon *adſiſtunt*: Al. τὸ *ſemper* non habent. Tobiæ xii. V. 15., & Apocal. 1. 4. de ſeptem Angelis ante Thronum Dei ſtantibus ſit mentio. Quomodo autem Satan etiam ibidem ſtetiſſe dicatur vide Job. 1. V. 8. Schottus nobiſcum legit.

12.

Retrahant ergo ſe homines ab erroribus, & abjectis religionibus pravis, parentem ſuum, dominumque cognoſcant [a]: cujus nec virtus æſtimari poteſt, nec magnitudo perſpici, nec principium comprehendi: quum ad illum mentis humanæ intentio, & acumen, & memoria pervenerit, quaſi ſubductis, & conſumptis [b] omnibus viis, ſubſiſtit, hæret, deficit: nec eſt aliud ulterius [c], quo progredi poſſit.

a *Dominumque cognoſcant*. Confer L. iv. C. iii. 13. Al. *recognoſcant*.

b *Quaſi ſubductis, & conſumptis*. Al. *ſubactis, & conſummatis*.

c *Nec eſt aliud ulterius* Sic Aldus Al. *aliquid ulterius*.

13.

Verum quia fieri non poteſt [a], quin id,

quod

a *Fieri non poteſt, quin id, quod ſit, ab aliquo eſſe ce-*

quod ſit, aliquando eſſe cœperit [b]: conſequens eſt, ut quoniam nihil ante ipſum fuit, ipſe ante omnia ex ſe ipſo ſit procreatus [c]. Ideoque ab Apolline *αὐτοφυὴς* [d], a Sibylla * *αὐτογενὴς*, & *ἀγέννητος* [f], & *ἀποίητος* [g], nominatur, quod Seneca, homo acutus [h], in exhortationibus vidit.

Cæperit. Al. *ſit quod*: Sæpe ſic locutus eſt Lactantius de rebus, quæ ſuum eſſe ab alio recognoſcunt, ut diſſ. xxix. cap. v. §. 1. oſtendemus; Ideoque aliqui, hoc non ſatis expendendo, eum erroris inſimularunt. Alii nobiſcum legunt. *Quod ſit*. Et Ernſtius in ſuo Catalogo codicum Mss. Mediceorum teſtatur, expreſſis ſe verbis in illorum uno reperiſſe. *Fieri non poſſe, quin id, quod factum ſit, aliquando eſſe cæperit*. At mihi equidem videre videor manum correctoris, id explicantis quod reapſe Author voluit, ut ex pluribus locis in Lib. ſupra laudato oſtendimus.

b *Ut quoniam nihil ante ipſum*: Sic etiam Aldus. Al. *ut quando . . . illum*.

c *Ex ſe ipſo ſit procreatus*: Etſi S. Auguſtinus L. 1. de Trin. cap. 1. dixerit: *qui autem putat ejus eſſe potentiæ Deum, ut ſe ipſum ipſe genuerit, eo plus errat, quod non ſolum Deus ita non eſt, ſed nec ſpiritalis, nec corporalis creatura. Nulla enim omnino res eſt, quæ ſe ipſam gignat, ut ſit.* Schottus annotat: *Error hic notatur hoc capite, & ſupra quum generalius loquitur, quum ſcribit, omne quod ſit aliquando cæpiſſe*. Non tamen hujus erroris anthor eſt Lactantius, ſed Apollinis Oraculum, Seg. 1. hujuſce capitis laudatum; heic vero ex prava a præmiſſis illatione deductum, ut commode explicari poſſet; & Sibyllarum, ac Senecæ authoritatibus confirmari. Ipſe enim Lactantius paullo ſupra mentem ſuam

ſuam aperuerat dicendo : *Cujus principium comprehendi non poteſt* Seg. 12. Vide Diff. xxix. C. v. §. 1. Adde notam Cotelerii ad Cap. xi. l. vi. Conſt. Apoſt. n.9.

c *Sibyl.* Ser. 1. & apud Theoph. l. 11.

d *Ideoque ab Apolline* αὐτοφυὴς : I. e. *ex ſe ortus* : Al. *ex ſe ingenitus*. Al. *ingenioſus*.

e *A Sibylla* αὐτογενὴς : I. e. *ex ſe genitus*.

f *Et* ἀγέννητος : I. e. *Ingenitus*.

g *Et* ἀποίητος : I. e. *non factus* : Quaſi hæc omnia idem ſignificent, Deum ſcilicet eſſe *a ſe*, ut Theologi docent.

h *Homo acutus* : Sic Aldus Al. *Vir acutus*.

14.

Nos, inquit, *aliunde pendemus. Itaque ad aliquem reſpicimus, cui, quod eſt optimum in nobis, Animam debeamus* [a]. *Alius nos edidit, alius inſtruxit* [b] : *Deus ipſe ſe fecit*.

a Animam Debemus : Sic etiam Aldus. Bunem., & Heum : ex Mss. Τὸ Animam non habent. Walchius vero in *Miſcell. Lipſien.* tom. iii. pag. 359. vocem illam retinendam cenſet : quamvis neſcio qua ratione petat a Bunemanno, velit ſibi *clare demonſtrare etiam hæc verba pertinere ad locum Senecæ, cujus libri exhortationum periere* : Nondum Lactantii teſtimonium fortaſſe diſcuſſerat.

b Instruxit Bon. *inſtruſſit*.

Hrs

CAPUT VIII.

1.

HIs igitur tot, tantiſque [a] teſtibus comprobatur, unius Dei poteſtate, ac providentia mundum gubernari, cujus vim, majeſtatemque tantam eſſe dicit in Timæo Plato [b], ut eam neque mente concipere, neque verbis enarrare quiſquam poſſit ob nimiam, & inæſtimabilem [c] poteſtatem.

a *His igitur tot, tantiſque*: Sic Aldus. Al. *& tantis*: Ironice ad fidem in Ethnicis augendam opportune loquitur.

b *In Timæo Plato*: Sententiam hanc Platonis, qua ibidem ait: *Opificem, & patrem mundi invenire difficile; inventum vulgo eloqui impoſſibile eſt*: fere omnes, qui contra Gentes ſcripſerunt, laudant, & efferunt. De hoc philoſopho locuti ſumus. Diſſ. XL. Cap. XIII. §. 1. Bon. *Timaeo*.

c *Inæſtimabilem* Sic etiam Aldus: Al. *ob nimiam ejus, & inæſtimabilem*: Cicero *l.* III. *de Finib. cap.* 20. *æſtimabile eſſe dicitur id, quod aliquod pondus habet, dignum æſtimatione: contraque vero inæſtimabile, quod ſit ſuperiori contrarium* Al. *inexſtimabile*.

2.

Dubitet vero aliquis [a], an quicquam difficili-

a *Dubitet vero aliquis*: Ita etiam Aldus: Al. *dubitet ergo &c.* Al. *dubitet tamen*.

Aut

ficile, aut impoſſibile [b] ſit Deo: qui tanta, tamque mirifica opera providentia excogitavit, virtute conſtituit, ratione perfecit, nunc autem ſpiritu ſuſtentet, poteſtate moderetur [c], inexcogitabilis [d], ineffabilis, & nulli alii ſatis notus quam ſibi.

b *Aut impoſſibile*: Bon. *inpoſſibile*: Hac voce uſus eſt non ſemel Lactantius, quam etſi apud Ciceronem non invenerim, ea tamen utitur Quintilianus L.v.c. 10. & L.x. c. 13. Item Juſtinus L. II. cap. IV; ne alios commemorem argenteæ latinitatis ſcriptores.

c *Moderetur* Schottus *moderatur*.

d *Inexcogitabilis*: Hac voce uſus eſt Lactantius *de Opif.* cap. XIII. Seg.2., & L.IV. cap,VIII. Seg.9. Nova quidem, ſed bene deducta ab *inexcogitatus, ta, tum* Plin. L. XXXVI. cap. XV. *Novum & inexcogitatum antea, poſteaque remedium*: Schottus *incogitabilis*.

3.

Unde mihi de tanta majeſtate [a] ſæpius cogitanti [b], qui Deos colunt, interdum videri ſolent tam cæci, tam incogitabiles [c], tam excordes, tam non multum a mutis ani-

 mali-

a *De Tanta majeſtate* Schottus *poteſtate*.

b *Sæpius cogitanti*: Schottus: *Excogitanti*.

c *Incogitabiles*: Schottus: *incogitantes*: Plaut. *Mil. Glor.* Act. II. Sc. VI. ℣. 64.

. . . . : *Nunc demum ſcio:*
Me fuiſſe excordem, Cæcum, incogitabilem.

Walch. *Eſt heic incogitans* Bun. idem ac Græce ἀνόητος: Marcellin. L. XV. c. 3. *incogitabili dementia*.

malibus [d] differentes, qui credant, eos, qui geniti ſint [e] maris, ac fœminæ [f] coitu, aliquid majeſtatis, divinæque virtutis habere potuiſſe: quum Sibylla * Erythræa dicat [g]:

. . . . Οὐ δύνατ' ἀνδρὸς
Ἐκ μηρῶμ μήτρας τε Θεὸς πετυπωμένος εἶναι.

d *A mutis animalibus*: Quidam præpoſitione carent.
e *Qui geniti ſint*: Al. *ſunt*.
f *Ac fœminæ*: Bon primam diphthongum non habet.
g *Quum Sibylla Erytrhæa dicat*. *Non poteſt ex viri ſemine, & Matrice Deus formare ſe*: Sic latinus interpres Bon. *Omiſit*: τε Θεὸς Al. pro: μηρῶν: legunt: μερον: Nobiſcum legit Theoph. L. 11. n. 36.
* *Apud* Theoph. ad Authol. L. 11.

4.

Quod ſi eſt verum, ſicut eſt: apparet, Herculem, Apollinem [a], Liberum, Mercurium, Jovemque ipſum cum cæteris homines fuiſſe, quoniam [b] ſunt ex duobus ſexibus nati.

a *Herculem, Apollinem* &c. De his vide Diſſ. XXVII. Cap. III.
b *Quoniam*: Sic Aldus; Al. *quia*: Al. *quando*.

5.

Quid eſt autem a Deo tam remotum [a], quam id opus, quod ipſe ad propagandam ſobo-

a *A Deo tam remotum*: Sic Aldus: Al. *tam remotum a Deo*.

Ad

ſobolem [b] mortalibus tribuit, & quod ſine ſubſtantia corporali nullum poteſt eſſe? Diis ergo [c], ſi ſunt immortales, & æterni, quid opus eſt ſexu [d], quum ſucceſſione non egeant [e], qui ſemper futuri ſunt [f]?

---

b *Ad propagandam ſobolem*: Bon. *ſubolem* more priſco: ut *ſuboleſco* pro *ſoboleſco*.

c *Diis ergo*: Sic Aldus Al. *dii ergo*.

d *Quid opus eſt ſexu*: Al. *altero ſexu* Aldus hanc lectionem ſervat:

e *Quum ſucceſſione non egeant*: Sic Aldus quoque. Ante hæc verba Al. addunt: *Nimirum, ut generent. Ipſa progenie quid opus eſt*, &c. Al. *Nimirum, ut generentur*.

f *Qui ſemper futuri ſunt* Al. *qui futuri ſunt ſemper*: Sic Aldus.

6.

Nam profecto in hominibus, cæteriſque animantibus [a] diverſitas ſexus, & coitio, & generatio nullam habet aliam rationem, niſi, ut omnia genera viventium, quoniam ſunt [b] conditione mortalitatis obitura, mutua poſſint ſucceſſione ſervari. Deo autem, qui eſt ſempiternus, neque alter ſexus, neque ſucceſſio neceſſaria eſt.

---

a *Cæteriſque animantibus*: Al. *animalibus*.

b *Quoniam ſunt*: Al. *quando*: Al. *ut ſunt*.

7.

Dicet aliquis: *Ut habeat vel miniſtros, vel in quos poſſit ipſe* [a] *dominari*. Quid igitur ſexu opus eſt fœminino [b], quum Deus, qui eſt omniapotens [c], ut vocatur [d], ſine uſu, & opera fœminæ poſſit filios procreare?

a *Poſſit ipſe*: Al. *ipſe poſſit*.

b *Quid igitur ſexu opus eſt fœminino*: Sic etiam Aldus. Al. *opus eſt ſexu*: Al. *ſeſſu*; Al. *fœmineo*.

c *Qui eſt omnia potens*: Al. *omnipotens*, hanc lectionem ſervat Aldus: Al. *omnipotens*, *ut fertur*.

d *Vt vocatur*: Has voces Aldus expunxit ex utriuſque Codicis authoritate, ut Thomaſius quoque deleverat: quæ tamen in Bon. Cod; aliiſque leguntur ad morem Ethnicorum indicandum, qui Jovem invocantes, *Patris omnia potentis* nomine appellabant.

8.

Nam ſi quibuſdam minutis animalibus [a] id præſtitit, ut ſibi.

E foliis natos [b], *& ſuavibus* [c] *herbis*
Ore legunt &c.

Cur exiſtimet aliquis, ipſum Deum niſi ex per-

a *Minutis animalibus*: i. e. Apibus, ut explicat la Cerda ad Virg. IV. Georg. ℣.200.

b . . . *E foliis natos* &c. Aldus ex Codd. Virgilianis Pierio viſis: *Ipſæ natos foliis*: Romanus vero, & Florentinus antiquiſſimi Codd. nobiſcum legunt.

c *Et ſuavibus*; Sic cum vetuſtioribus Virgilii Mss. noſter Bon. Al. *& ſuavibus*; Al. *ex ſuavibus*.

Quin

permixtione ſexus alterius non poſſe generare? Illos igitur, quos imperiti, & inſipientes, tamquam Deos & nuncupant, & adorant, nemo eſt tam inconſideratus, quin intelligat [d] fuiſſe mortales.

d *Quin intelligat*: Ita emendat Aldus. Al. *qui non intelligat*.

9.

Quomodo ergo, inquiet aliquis; *Dii crediti ſunt?* Nimirum quia reges maximi [a], ac potentiſſimi fuerunt, ob merita virtutum ſuarum, aut munerum, aut artium repertarum, quum cari fuiſſent [b] iis, quibus imperitaverant, in memoriam ſunt conſecrati [c]. Quod ſi quis dubitat [d], res eorum geſtas, & facta conſideret, quæ univerſa [e] tam Poetæ, quam Hiſtorici veteres prodiderunt.

CA-

a *Quia reges maximi* &c. vide Diſſ. XXVII. c. VI. §. 1.
b *Quum cari fuiſſent*: Al. *cura cari*.
c *In memoriam ſint conſecrati*: de Gentilium Apotheoſi vide in Diſſ. nuper laudata; de diſcriminibus vero inter Ethnicorum apotheoſim, & Chriſtianorum, quam vocant, ſervorum Dei *Beatificationem*, ſeu *Sanctificationem*: vide diſſ. XXXV. cap. IV. §. III.
d *Dubitat*: Al. *dubitet*: Sic Aldus.
e *Univerſa*: Sic etiam Aldus Al. *univerſi*.

CAPUT IX.

I.

HErcules [a], qui ob virtutem clariſſimus, & quaſi Africanus inter Deos habetur [b]: nonne orbem terræ, & quem peragraſſe, ac expurgaſſe [c] narratur, ſtupris, adulteriis libidinibus [d] inquinavit? Nec mirum: quum eſſet adulterio genitus Alcmenæ [e]. Quid tandem potuit in eo eſſe divini, qui ſuis ipſe vitiis mancipatus, & mares, & fœminas contra omnes [f] leges infamia, dedecore, flagitio affecit?

Sed

---

a *Hercules*: De eo vide Diſſ. XXVII. cap. III. §. XX. In noſtro Bon. Cod. margine recenti charactere legitur: *Herculis*.

b *Et quaſi Africanus inter Deos habetur*: Schottus *Quid Africanus* &c. Cum nota: *Loquitur autem de Scipione*. Et quidem bene, ut ex cap. XVII. hujuſce libri Seg. II. apparet; per antonomaſiam enim Romani *Africanum* dixere Scripionem tam primum, quam ſecundum: ille quod Hannibalem, Pœnorum ducem viciſſet, hic autem quod Carthaginem deleverit. Ideoque quantus Scipio inter Romanos, tantus inter Deos Hercules, ſcilicet *quia magnam partem generis humani extinxit, ac perdidit*.

c *Ac expurgaſſe*: Sic Schottus Al. *expugnaſſe*. Al. *purgaſſe*: Sic Aldus Al. *omnino haſce voces negligunt*.

d *Stupris, Adulteriis, libidinibus*; Al. *Stupris, libidinibus*, &c.

Alcme-

e *Alcmenæ*: Al. *Alcumenæ*: Bon. *Algmenæ*: Uxor fuiſſe dicitur Amphitryonis Argivi, ſeu Thebani, ſub cujus nomine extat Plauti Drama 1. Vide diſſ. ſupra laudatam.

f *Contra omnes leges*: Scilicet *Naturæ*, Dei, & *hominum*.

2.

Sed ne illa quidem, quæ magna, & mirabilia geſſit a, talia judicanda ſunt b, ut virtutibus divinis tribuenda videantur. Quid enim tam magnificum, ſi leonem, aprumque ſuperavit c? ſi aves ſagittis dejicit d? ſi regium ſtabulum egeſſit e? ſi viraginem vicit f, cingulumque detraxit? ſi equos feroces g cum domino interemit? Opera ſunt iſta fortis viri, hominis tamen. Illa enim, quæ vicit, fragilia, & mortalia fuerunt.

Nul-

a *Quæ magna, & mirabilia geſſit* De XII. Herculis laboribus loquitur, quos ſtatim recenſet. De iiſdem legendi ſunt Diodor. Sic. l. IV. c. IX. Silius Italicus l. III. Servius ad Virg. æn. VIII. ℣. 300.

b *Judicanda ſunt*: Schottus *jucunda*: ex C. Cæſaraug.

c *Si Leonem, aprumque ſuperavit*: Leonem ſcilicet Nemæum, quem Luna in antro Amphryſio paviſſe, ac invulnerbilem reddidiſſe dicitur: cui occiſo, atque diſcerpto, pellem Hercules detraxit, qua poſtea indutus inceſſit: ex Hygino fab. XXX., Ovid. Metam. L. IX. Al. ubi ſupra. Aprum vero Menalium, five Erimanthium, Arcadiæ vaſtatorem intelligit, quem idem Hercules

cules trucidaſſe fertur vel in Phrygia, ut habet Hyginus ibidem, vel in Arcadia, ut innuit Seneca *Herc. Fur.* 228. Niſi cum Munck. legere Mavis *in Cerynia* pro *Phrigia*.

d *Aves ſagittis dejicit*: Aldus, & Al. *dejecit* Scilicet Stymphalides, quæ, Argonautas, alioſque ad Martis inſulam, ubi morabantur, accedentes, confodebant. Hyg. ubi ſupra.

e *Regium ſtabulum egeſſit*; Augeæ regis uno die ſtabulum, Alpheo flumine immiſſo repurgarit, ipſumque regem ob negatam ſibi mercedem interemit. Servius ubi ſupra.

f *Viraginem vicit*: Al. *Virginem*: Al. *devicit* Hyppolyten Amazonem, Martis, & Otriæ reginæ filiam, intelligit, quam Hercules, baltheo ablato, ſuperavit. Viraginem eam jure appellat, Scilicet virginem viris ſimilem, & operibus virilibus aptam, ut Palladem poetæ nuncupare ſolent. Plaut. Merc. II. 3. 78.

. . . . . . Emero matri meæ
Ancillam viraginem &c.

Hocce nomine Protoparens noſter Adam Evam donavit, quum ex ejus coſta illamDeus formatam eidem oſtendit. Geneſ. II. 23. Et Latini veteres, teſte Feſto, pro *Fæmina*, *vira* dicebant.

g *Si equos feroces cum Domino interemit*: Scilicet Diomedem, Traciæ regem, cujus quatuor equos, qui carne veſcebantur humana, una cum Abdero, famulo ejus, Hercules occidit ex Hygino ubi ſupra. Hoſce labores Eurhyſtheus, Scheneli filius, Mycenarum rex odio Junonis obſequens, Herculi, qui eidem XII. ſtipendia debebat, quaſi opera, longe viribus ejus ſuperiora, imperavit, doluitque quum vidiſſet impleta. Hinc *Euryſthea durum* Virgilius eum appellavit l. III. Geor. ℣. 4. vide Diodor. Sic. ubi ſupra.

Quod

3.

Nulla enim eſt (* ait Orator [a]) *tanta vis, quæ ferro* [b], *ac viribus debilitari, frangique non poſſit. At animum vincere, iracundiam cohibere, fortiſſimi eſt* : quæ ille nec fecit umquam, nec potuit. *Hæc qui faciat, non ego cum ſummis* [c] *viris comparo, ſed ſimillimum Deo judico* [d]

a *Cicer. pro Marcello.*

* *Ait Orator* : Sic Aldus, & Schottus : Al. *ut ait Orator* : Aldus verba Ciceronis referens annotat. *Nulla eſt vis, quæ non ferro, ac viribus debilitetur, frangaturque.*

b *Quæ ferro .... non poſſit* ; ita etiam Aldus, & Schottus Al. *quæ non ferro ... poſſit.*

c *Non ergo eum ſummis* &c. Schottus : *non modo ergo eum cum* &c. Al. *Non ergo eum cum ſummis* &c.

d *Judico* ; Schottus *judicate.*

4.

Vellem adjeciſſet de libidine, luxuria, cupiditate, inſolentia, ut virtutem ejus impleret [a]; quem ſimilem Deo judicabat.

a *Julium* ſcilicet *Cæſarem*, exponit Cellar.

5.

Non enim [a] fortior putandus eſt, qui leo-

a *Non enim fortior putandus* ; Sic Schottus & Aldus Al. *judicandus.*

leonem, quam qui violentam [b] in ſe met ipſo incluſam feram ſuperat iracundiam: aut qui rapaciſſimas volucres dejicit [c], quam qui cupiditates avidiſſimas coercet [d]: aut qui Amazonem bellatricem, quam qui libidinem vincit, pudoris, ac famæ debellatricem: aut qui fimum de ſtabulo, quam qui vitia de corde ſuo egerit: quæ magis ſunt pernicioſa, quia domeſtica, & propria mala ſunt, quam illa, quæ & vitari poterant, & caveri.

b *Violentam in ſe met ipſo incluſam feram:* Al. *& in ſe ipſo* &c. Al. *quam qui violentam in ſe ipſo*; Sic etiam Schottus, a quo additur: *Eſt enim Trochaicus veteris cujuſdam P., & fore monoſyllabon eſt.*

c *Dejecit*: Schottus etiam, & Aldus Al. *dejecit* quod heic aptius videtur.

d *Coercet* Bon. *cohercet*.

6.

Ex quo fit, ut ille ſolus vir fortis debeat judicari [a], qui temperans, & moderatus, & juſtus eſt. Quod ſi cogitet aliquis, quæ ſint Dei opera: jam hæc omnia [b], quæ miran-

a *Qui temperans, & moderatus, & juſtus eſt*. Al. *qui temperans eſt* &c. Nobiſcum legit Aldus.

b *Jam hæc omnia*. Sic Aldus, & Schottus, Iſæus, & Alii vocem ultimam delent.

rantur homines ineptiſſimi , ridicula judicabit [c]. Illa enim non divinis virtutibus , quas ignorant , ſed infirmitate ſuarum virium metiuntur .

c *Judicabit* : Bon. *judicavit* Schot. *cogitabit* .

7.

Nam illud quidem nemo negabit , Herculem non Euryſtheo tantum [a] ſerviſſe regi , quod aliquatenus honeſtum videri poteſt , ſed etiam impudicæ mulieri Omphale [b] : quæ illum veſtibus ſuis indutum , ſedere ad pedes ſuos jubebat [c] penſa facientem . Deteſtabilis turpitudo ! ſed tanti erat voluptas . [d]

Quid

a *Non Eurhyſleo tantum* : Al. *non tantum Eurbiſteo* nobiſcum legit Aldus, niſi quod *i.* pro *y.* ſervat vide de eo ad Seg. 2. & adde Valer. Flac. III. ℣. 655. & Diod, Sicul. L. IV. C. IX.

b *Impudicæ mulieri Omphalæ* Bon. *Omfalæ* . Hæc Lydiæ regina fuiſſe dicitur , quam Hercules adeo deperibat , ut non ſolnm , ea jubente, ad Sangarim fluvium, ſerpentem, multos homines interficientem, interemerit; verum etiam , ea docente , *Coli delicatos enervare , contractus ad ejus pedes ſedendo didicerit* , *& laſcivienti pollice fuſi teretem rotare vertiginem* , ut Fulgentius refert *Mytol.* L. II c. V.

c *Jubebat* ; Schott. *videbat* .

d *Tanti erat voluptas* ; Schottus : *eſt tanti voluptas* Vide Muretum ad Catullum .

8.

Quid tu, inquiet aliquis, *poetis ne credendum putas?* Quidni putem? Non enim Lucius iſta narrat [a], aut Lucianus [b] qui diis, & hominibus non pepercit: ſed hi, potiſſimum [c], qui deorum laudes canebant.

a *Non enim Lucius iſta narrat*: Sic omnino cum noſtro Bon. Cod. legendum puto, non ut Alii: *Non enim iſta Lucilius* &c. Nam Lucilius author Satyrarum eſt inter Latinos primus, qui non narrat; ſed hominum vitia reprehendit, & coſtigat. Potius ergo Lactantius ad Lucium illum reſpexit Apulejum, qui ſub Lucii nomine Aſini aurei fabulam texuit; de quo nos dicturi ſumus Diſſ. XL. c. XXII. §. XXIII.

b *Aut Lucianus*: De quo vide ibidem.

c *Sed hi potiſſimum* Bon. *Set hii* &c.

9.

Quibus igitur credemus, ſi fidem laudantibus non habemus? Qui hos mentiri putat, proferat alios, quibus credamus, authores: qui nos doceant, qui ſint iſti Dii, quomodo, unde orti: quæ ſit vis eorum: qui numerus: quæ poteſtas: quid in his [a] admirabile [b]: quid cultu

a *Quid in his* Bon. *in hiis* i. e. *in iis*.

b *Admirabile* Al. *ammirabile*. Vide apud Munck. ad Hygin. fab. XXX.

cultu dignum : quod denique certius, veriuſque myſterium c. Nullos dabit d

c *Quod denique certius, veriuſque Myſterium.* Al. *quid denique* &c. Heumannus non credit hæc verba eſſe Lactantii, ſed putat ſic eum finiiſſe hanc periodum; *quid cultu dignum denique*. Eum merito impugnat Bunam., qui ait: *Ego vero valde dubito Latinos particula DENIQUE finire alicubi*: de quo tamen minime erat dubitandum, quum nullibi facile ſit, aliquem ſic loquentem reperire.

d *Nullos dabit*. Al. *Nullus*. Male. Præceſſit enim *alios proferat*.

10.

Credamus igitur iſtis; qui non ut reprehenderent, ſunt locuti, ſed ut prædicarent. Navigavit ergo cum Argonautis, expugnavitque Trojam, iratus Laomedonti ob negatam ſibi pro filiæ ſalute mercedem a: Unde, quo

a *Iratus Laomedonti ob negatam ſibi pro ſalute filiæ mercedem*. Trojanorum rex Laomedon. XL. fere annis antequam a Græcis Ilion diriperetur, vaſtareturque ferro, ac flammis, ſollicitus pro opibus hinc, inde collectis, ab Apolline, & Neptuno petiit, ut Urbem mœnibus cingerent, promiſſa illis mercede; Sed quum quæ optaverat impetraſſet, promiſſa adimplere detrectavit. Neptunus iratus Belluas Marinas immiſit, quæ Trojanorum filias vorabant, donec cladem hanc tollen-

quo tempore fuerit, apparet. Idem furore, atque inſania percitus [b], uxorem ſuam cum liberis interemit [c]

lendam fore ab Oraculo dictum eſt, quum Heſiona, Laomedontis filia Monſtro voranda exponeretur in littore. Eam jam expoſitam liberavit Hercules; qui immortalium equorum a Laomedonte fraudatus mercede pacta, illum occidit, Trojam ſubvertit, & Heſionem Telemoni dedit uxorem. Priamo vero, Laomedontis filio, Phrygiæ imperium donavit, ſeu potius reſtituit. Val. Max., & Apollod. *in Argon.* Ovid. *Metam. XI.* Hygin. Fab. LXXXIX. Tzet. ad Lycophr.

b *Furore, atque inſania percitus.* Schottus *re, atque inſania &c.* Juno Herculi ſemper infeſta, quum eum tot, tantiſque periculis e medio tollere non potuiſſet, amentem, & furioſum reddere curavit. Euripides, & Seneca grandi carmine de Hercule Furente tragoedias ſcripſerunt; quos in Orlando ſuo noſter Arioſtus imitatus eſt.

c *Uxorem ſuam cum filiis interemit.* Scilicet Megaram, Creontis Menæcei filii, natam, de qua Lactantius Epitom. cap. VII. Seg. 4., & Apollodorus ubi ſupra.

11.

Hunc homines Deum putant? ſed Philotetha hæres ejus [a] non putavit, qui facem ſup-

a *Sed Philoctetha hæres.* Aldus *Philocteta. ejus hæres*

ſuppoſuit arſuro, qui artus ejus [b], & nervos cremari, ac diffluere [c] vidit: qui oſſa ejus, ac cineres in Oethe [d] monte ſepelivit: pro quo munere ſagittas ejus accipit.

hæres. Bon. *heres* ſine diphtongo. Schott. *Philocteta herus ejus* Al. *Philoctetes* Al. *Philotecte*. Vide Munck. ad Hyg. *fab.* xxxv., & Servium ad Virgil. aen. III. ℣. 402. Hic fuiſſe dicitur Herculis comes, & Paeantis filius, quem ille moritarus, ſagittis hydræ felle infectis, interpoſito juramento, ne ſcilicet ſui corporis exuvias alicui indicaret, donavit. Hic vero petentibus Trojanis, Herculem mortuum eſſe non obſcure revelavit, & pede ſepulcrum percuſſit, ut oſſa, & cineres illius indicaret.

b *Qui artus ejus* Al. *artus ſuos*.

c *Diffluere* Al. *diſſolvi* Al. *diſſolvere*.

Diffluere. Verbum Lactantio uſitatum Epitom. cap. VII. ſeg. 5. ubi hæc eadem narrat; Adde Div. Inſt. iii. I. 3. ℣. XXII. 17. & de M. P. XXXV. 3. *diffluunt membra corporis*.

d *Et cineres in Oethe*: Bon. *Oethae* Al. cum Schotto *Oethaoe*. Al. cum Aldo *Oethaeo*. Al. *Aetao*. Al. *Oeteo*. Mons Oetæus Theſſaiiam a Græcia olim dividere dicebatur, & longo tractu per continentem tranſverſam decurrere ad ſinum uſque Maliacum, ad inſtar Italici Appenini, ut Geographi tradunt.

CAPUT X.

1.

Aeſculapius [a] & ipſe non ſine flagitio Apollinis natus [b], quid fecit aliud divinis honoribus dignum, niſi quod ſanavit Hippolytum [c]? Mortem ſane habuit clariorem, quod a Deo meruit fulminari [d].

a *Aeſculapius*, de quo vide diſs. XXVII. cap. III. §. XXI.

b *Non ſine flagitio Apollinis natus*. Nam Apollo Arſionem Leucippi, aut Coronidem Phlegiæ Teſſali filiam, corrupiſſe dicitur, & Aeſculapium ſuſcepiſſe. Hygin. fab. CCII. Apollod. L. III. c. X. n. 3.

c *Hippolytum*. Non convenit inter Mythologos Hippolytum ne, an Glaucum, ſive utrumque ſanaverit Aeſculapius. Vide Hygin. fab. XIIX., & Scholiaſt. Euripid. ad Alceſt. V. 1. Servius Lactantii Sententiam tuetur ad Virgil. æn. VI. ỳ. 398.

d *A Deo meruit fulminari*. Nempe a Jove; ut Hygin., & Apollod. narrant ubi ſupra.

2.

Hunc Tarquitius [a] de illuſtribus viris

a *Hunc Tarquitius*. Bon., manu tamen recentiori, habet in margine *Terquinius*, quam vocem, eodem mo-

ris [b] differens, ait, incertis parentibus expoſitum [c], & a venatoribus inventum, canino lacte [d] nutritum: Chironi traditum [e] didiciſſe medicinam: fuiſſe autem Meſſenium [f], ſed Epidauri moratum [g]
I 3 Tul-

modo confuſam in Epiſt. Ciceron. ad Atticum VIII L. VI. plurimi notarunt. Vide Valeſium ad Ammianum Marcell. L. XXV. cap. II. ubi libros Tarquitianos laudat. Vide diſſ. XL. cap. XXII. §. XXXVII. Walchius legit *Tarquilius* nomen hactenus ignotum. Schottus vero ex conjectura ait: *F. Tranquillus*, uti ante eum ſcripſerat Betuleius, Suetonium intelligentes *de illuſtribus viris*. Bon. *inluſtribus*. Plurimi hoc titulo libros ſcripſere non ſolum ſæculis ab hinc duobus; ſed priſcis etiam temporibus. Vide Schottum, & Annam Fabri ad Sex. Aurel. vict. de *V. Ill.*

c *Incertis parentibus expoſitum*. Al. *incertis parentibus natum*, *expoſitum*. Schottus *ortum* vox, quæ abeſſe poteſt, ut dictio elegantior ſit. De expoſitione infantum infra cum noſtro dictari ſumus.

d *Canino lacte*. Unde nomen traxiſſe dicunt Bochart. Hieroz. L. II. cap. LV., & Reineſ. var. Lect. L. III. cap. XVII. Idem de Cyro dictum invenio, quem Aſtyages, Avus ejus exponi juſſerat. Vide Juſtin. L. I. de Hiſt. Philip. cap. V.

e *Chironi traditum*. Saturnus quum Jovem filium in Thracia quæreret, ex Philyra, Oceani filia, in equum verſus Chironem Centaurum ſuſcepiſſe dicitur, qui medicinæ, Hygino teſte, ex herbis primus inventor. fab. CCXXIV. Achillem, quem equitandi artem, & cithara canere docuit, Herculem, cui Aſtro-
logiæ

Tullius etiam Cynoſuris . ait ſepultum *h*

logiæ præcepta tradidit , & Æſculapium , cum quo medicinæ artem communicavit , habuit alumnos. Tandem inter aſtra locum recepit. Hyg. *in Aſtron.* XXXVIII. Apollod. L. I., & III.

f *Meſſenium* . Aldus *Miſſeuinm* .

g *Epidauri moratum* . Duas hoc nomine Urbes apud Geographos invenies: Altera in Dalmatia, & quidem Maritima , a Gothis everſæ , prope quam condita eſt Raguſa , hodie ſatis nota : Altera in Argiæ litore orientali ſita apud Spiræum promontorium , & ſinum Saronicum , montibus undique , ac mari circumdata , Aeſculapius in hac cujuſcumque generis morbos curaſſe dicitur ; immo tabulis , in ejus templo ſuſpenſis, indicabatur , quo quiſque morbo ope illius fuiſſet libaratus . Hinc illi ΕΠΙΔΑΤΡΙΟΣ in nummo Alexanxandri Severi cognomen datum .

h *Tullius etiam Cynoſuris ait Sepultum* . Bon. *Cinoſuris* . Al. addunt . *Urbe Arcadiæ* . Cicero L. III. de N. D. cap. XXII. *Aeſculpiorum primus* , inquit , *Apollinis , quem Arcades colunt , qui ſpecillum inveniſſe , primuſque vulnus dicitur obligaſſe . Secundus ſecundi Mercurii frater . Is fulmine percuſſus dicitur humatus eſſe Cynoſuris* .

3.

Quid Apollo pater ejus ? *a* nonne ob amorem,

a *Quid Apollo pater ejus.* Vide diſſ. XXVII. cap. III. §. XIII.

rem, quo flagrabat [b], turpiſſime [c] gregem pavit [d] alienum, & muros Laomedonti extruxit cum Neptuno [e] mercede conductus,

I 4 quæ

Quo flagrabat. Bon, ſecundam ſyllabam punctis diſtinxit. Al. *flagravit*.

d *Turpiſſime Admeti* addidit Schottus Al. hanc vocem omittunt. Petrus Junius apud Crenium part. I x. *Animad.* legit *turpiſſimo*.

e *Gregem pavit*. Vide Hygin. fab. XLIX., & Servium ad illud Virgil. Georg. I I I. ℣. 2. *Paſtor ab Amphryſo* &c.

f *Cum Neptuno* &c. Bon. manu recenti hanc lectionem variat hoc modo: *Neptunus mercede conductus? quum illi negavit impune*. Neutram tamen veram judico, ob ea quæ ſequuntur. Iccirco legerem. *Turpiſſime gregem pavit alienum, & quum Muros Laomedonti extruxit Neptunus mercede conductus, quam illi negavit impune? ab eoque primo rex perfidus quicquid cum Diis pepigiſſet, didicit abnegare!* Nam Apollo non ſolum Admeti, ſed etiam Laomedontis gregem paviſſe dicitur, & quidem dum Neptunus Trojam moenibus cingebat, Sic rem exponit idem apud Homerum Iliad. L. XXI. n. 447.

Vel ego Trojanis Civitatem circa murum ædificavi
Latumque, & valde pulchrum, ut inexugnabilis eſſet Vrbs,
Phebe: Tu autem errabundas, & curuas boves paviſti
Idæ in radicibus jugoſæ &c.

Vide Tertul. cap. x I v. Apolog. Minuc. Felic. c. x x. ubi ait. *Apollo Admeto pecus paſcit, Laomedonti vero Muros Neptunus inſtituit, nec mercedem operis inſtructor accepit*. At

quæ illi negari potuit impune [g] : ab eoque primo [h] Rex perfidus, quicquid cum Diis pepigiſſet, didicit abnegare? Idem formoſum puerum [i] & dum amat, violavit : & dum ludit, occidit.

Ho-

At Hygin. fab. LXXXIX. *Neptunus*, inquit, *& Apollo dicuntur Trojam muro cinxiſſe*; nec aliter Servius ad virg. II. an. ℣. 610.

g *Quæ illi negari potuit impune*. Bon., *quam illi negavit impune*. Iſæus *ille*. Opinor Lactantium non de Laomedonte hæc dixiſſe, ſed de Apolline; Nam Laomedon non impune mercedem Neptuno negavit ex Hygin. d. L., & ex dictis ſupra ſeg. 10. cap. IX. Nec ſatis expedita eſt expoſitio illa Cellarii nempe: *impunitas ita intelligenda, quod neque his malis Dii Laomedontem potuerint ad vota præſtanda cogere*. Nam impunitas pœnam reſpicit, quam removet antequam aliquis eam ſubeat.

h *Ab eoque primo* &c. Nempe ab Apolline, qui primus, quum Neptunum mercede conduxiſſet, ut una muros Trojanæ Urbis conſtruerent; opere abſoluto, eam illi denegavit impune, & ab eo Laomedon didicit, mercedem Herculi non dare, ut paullo ſupra diximus.

i *Idem formoſum puerum*. Hyacinthum intellige Æbali, ut aliqui volunt, aut Amyclæi, ut aliis placet, filii, quem Apollo turpi amore deperiſſe fertur, quo cum diſco ludens, eum repercuſſu interemit. Ovidius hanc fabulam ſic narrat x. Metam. a ℣. 18c.

Ineun-

. . . . Ineunt certamina diſci ,
Aquem primum aereas libratum Phoebus in auras
Miſit , & oppoſitas disjecit pondere nubes .
Recidit in ſolidam longo poſt tempore terram
Pondus ; & exibuit junctam cum viribus artem .
Protinus imprudens , actuſque cupidine ludi
Tollere Tænarides orbem properabat : at illum .
Dura repercuſſum ſubjecit in aera tellus
In vultus Hyacinthe tuos &c.

4.

Homicidia Mars [a] , & per gratiam cædis crimine ab Athenienſibus [b] liberatus , ne videretur nimis ferus & immanis , adulterium cum Venere [c] commiſit .

Ca-

a *Homicidia Mars* &c. Ab Homero Iliad. v. ℣. 31. ſic appellatur . Plurimos enim occidit , inter quos Halirrhotium , Neptuni filium inſontem , ob quam cauſſam quum in Concilium XII. Deorum capitis reus eſſet damnandus ſex illorum ſuffragiis , totidem in diverſam ſententiam abeuntibus , abſolutus eſt , ut refert Steph. Bizant. ex Pauſania in Attic. 24. 35.

b *Ab Athenienſibus* . Nam Dii illi , qui Martem abſolutum dimiſerunt , Athenis conſediſſe in eo loco dicuntur , ubi poſtmodum Areopagus , ſeu potius Templum Martis conſtructum eſt , in quo primum capitis judicium actum eſſe dicitur . Vide Meurſ. Diatr. *de Areopago* .

c *Adulterium cum Venere* . Turpiſſima , ac ſatis nota

nota fabula hæc eſt, qua Phoebo indice, dicitur, vulcanus uxoris cum Marte conſuetudinem cognoviſſe, ac ſtratis ſumma induſtria clam circa lectum catenis, eos noctu mancipaſſe, apertiſque foribus Diis omnibus vinctos oſtendiſſe; unde.

. . . . Superi riſere: diuque
Hæc fuit in toto notiſſima fabula Cælo,
Ovid. Metam: L. IV. *fab.* V.

5.

Caſtor & Pollux [a], dum alienas ſponſas rapiunt [b], eſſe gemini deſierunt; nam dolore injuriæ concitatus [c] Idas, alterum [d] gladio tranſverberavit, & eoſdem poetæ alternis vivere, alternis mori [e] narrant: ut jam

a *Caſtor, & Pollux*. Vide diſſ. XXVII, cap. III, §. XXIV. *Immerito pro Diis habiti*, inquit, Aldus.

b *Alienas ſponſas rapiunt*. Nempe Phoeben, & Lairam, ſeu Ilairam, Leucippi filias, ex Hygin. fab. LXXX. vide ubi ſupra.

c *Dolore injuriæ concitatus Idas* Schött. *livore injuriæ* &c. Heum. *livore, & injuria*. Idas, & Lynceus Apharei filii fuiſſe dicuntur ab Hygino ubi ſupra, & a Dioſcuris raptarum Sponſi.

d *Alterum*. Nempe Caſtorem.

e *Alternis vivere, alternis mori*. Pollux enim fraterna pietate motus, ne ipſe ſolus æternus viveret in sydus a Jove mutatus, patrem deprecaſſe dicitur, ac impetraſſe, ut alternis vivere, ac mori poſſet: unde Virgil. VI. æn. ℣. 121.

Sic

Digitized by Google

jam ſint non Deorum tantum, ſed omnium mortalium miſerrimi, quibus ſemel mori *f* non licet.

Sic fratrem Pollux alterna morte redemit.
Itque, reditque viam toties &c.

Alternis autem vox eſt, quæ interdum pro adverbio uſurpatur, & idem valet, ac *alternatim* Virgil.1. Georg. ℣.71.

Alternis idem tonſas ceſſare novales.

Vide Servium ad h. l.

f *Quibus ſemel mori*. Bon. *quis ſemel mori* forte *queis*.

6.

Hos tamen Homerus ambos ſimpliciter (non ut poetæ ſolent) mortuos eſſe teſtatur. Nam cum faceret *a* in muris aſſidentem Priamo Helenam, cunctos *b* Græciæ principes recognoſcere *c*; ſolos autem *d* ſe fratres ſuos re-

---

a *Quum faceret* i.e. *fingeret*.

b *Cunctos*. in Bon. Cod. vox iſta punctis quibuſdam inſignitur.

c *Recognoſcere*. Bon. *recognoſceret*.

d *Solos autem* Bon. *ſolus autem*.

Hujuſmo-

requirere, ſubjecit orationi ejus hujuſmodi verſum [e],

Ὡς φάτο, τοὺς δ' ἤδη κατέχεν φυσίζοος αἶα.

e *Hujuſmodi verſum*. Ὡς φάτο &c. Bon,, & Al. quidam latine ſic habent.

Hæc ait: (Aſt illos retinebat terra Sepultos) Al. *ſic ait* Betul. nobiſcum legit.

Quam variationem reperies etiam apud Tullium L. III. de Nat. Deor. paullo poſt initium.

7.

Fur ac nebulo Mercurius, quid [a] ad famam ſui reliquit, niſi memoriam fraudum [b] ſuarum? Cœlo ſcilicet dignus [c], quia Palæſtram docuit [d], & lyram primus [e] invenit.

Li-

a *Fur.*, *& Nebulo Mercurius*. Vide diſſ. XXVII. cap. III. §. XVI.

b *Fraudum*. Schott. ex C. Cæſauraug. *fraudium*.

c *Cælo ſcilicet dignus*. Secundam vocem plurimi non habent.

d *Quia Palæſtram docuit*. Modum ſcilicet, quo juvenes luctando exercerentur. Vide Diodor. Sicul. L. I. c. II. Horat. L. I. Ode X.

Mercuri facunde, nepos Athlantis
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formaſti cantus, & decoræ
More paleſtræ.

e *Lyram primus invenit*. Hyg. *Aſtronom.* II. cap. VII.

Libe-

8. .

Liberum patrem [a] neceſſe eſt [b] in ſenatu Deorum [c] ſummæ autoritatis, primæque eſſe ſententiæ: quia præter Jovem [d] ſolus omnium triumphavit, [e] exercitum duxit, [f] Indos debellavit

a *Liberum Patrem neceſſe eſt*. Duæ poſtremæ voces ab aliis poſtponuntur. De Libero patre vide diſſ. xxII. cap.III. §.xxII.

b *Neceſſe eſt*. Al. verba hæc poſtponunt.

c *In Senatu Deorum*. Bon. *in Senatum* Betuleius *Allegoria*, heic ait, *ridicula*. Quaſi Homerus, Virgilius, & fere omnes Scriptores Ethnici Deorum cœtus; Concilia, immo & diverſas inter ſe ſententias paſſim non deſcriberent, & revera eorum nullus ita crediđiſſet! Vide diſſ.xxvii. cap.i. §.viii.

d *Primæque Sententiæ*. Schott., *& primæ ſententiæ*. Primæ Sententiæ Senatores ii dicebantur a Romanis, qui deficientibus Conſulibus deſignatis, Sententiam in Senatu rogabantur primi, & iccirco *Principes Senatus* audiebant. Vide Gellium L. IV. cap. x. Talis aliquando fuit M. Scaurus ex Val. Max. L. iv., & Cicer. in Bruto 112. ubi ait de eodem. *Ad Senatoriam vero ſententiam, cujus erat ille princeps*.

e *Quia præter Jovem ſolus omnium triumphavit*. Macrob. L.I. Saturnal. cap.xix. *Liber pater*, ait, *bellorum potens probatur, quod eum primum ediderunt authorem triumphi.*, & Diodor. L.v. cap.I. *Triumphator dicitur, quod primus omnium de Indis multis cum ſpoliis in patriam reverſus triumphavit*. de Jove autem vide diſſ. xxvii. cap.iii. §.x.

f *Exercitum duxit* Bon. *exercitus*.

Sed

lavit; ſed [g] invictus ille Imperator Indicus Maximus [h], ab amore, ac libidine [i] turpiſſime victus eſt.

g *Sed invictus* In Bon. Cod. prima Syllaba recenti charactere addita eſt.

h *Indicus Maximus*. Al. *Inclytus*, aut *inclitus*. Sed nihil immutandum mos Romanorum ſuadet, ad quem per ironiam alludit Lactantius, quod Imperatores a devictis populis nomen aſſumpſerint in triumphis. Hinc *Parthici*, *Germanici*, *Dacici* &c. audiebant.

i *Ab amore*, *ac libidine* ſic Aldus corrigit lectionem paternæ editionis, ubi habetur *ob amorem*, *& libidinem*.

9.

Delatus enim Cretam [a] *cum ſemiviro*

a *In Cretam*. Sic habet etiam in Epitome cap.viii. Seg.5. Nec aliter Schottus, & Aldus, ubi alii legunt *Diam*, quæ parva urbs erat LXX. ſtadiis a Cretenſi extremo litore diſſita ex Strabone L. x. extr., eamque *Naxota* poſtea vocatam eſſe, tradit Diodorus a Naxo Leucippi Parente L. vi. cap.xii. Iccirco Fulvius Urſinus: *Diam*, ait, non videtur mutandum in Cretam, ut video pluribus placuiſſe. Nam Diam habet Diodorus Siculus L.v., ubi totam hanc hiſtoriam narrat, docetque nunc Naxon vocari, quæ aliquando Dia vocata ſit; in quam inſulam Ariadna delata fuerit, quæ *Libera* dicitur a Lactantio ex antiqua Romanorum falſa Religione, qua Bacchus etiam ipſe *Liber* dictus eſt. Unde in veteribus titulis eſt:

LIBERO, ET LIBERÆ.

Et in antiqua gamma apud me Bacchi caput una, & Ari-

ro [b] *comitatu*, nactus eſt [c] impudicam mulierem [d] in litore, ac fiducia [e] victoriæ Indicæ; vir eſſe voluit, ne nimium mollis videretur [f]: atque illam patris proditricem [g], fratris iuteremptricem, ab alio relictam, & repudia-

---

Ariadnæ lepido artificio inſculptum reperitur. Illud autem *Indicus Maximus* reſpicit ad formulam veterum inſcriptionum in quibus *Parthicus* Max. *Scythicus* Max. &c.

b *Cum ſemiviro comitatu*. Eſt Virgilii hemiſtichium de Paride loquens L. IV. an. ℣. 215. Baccho enim Satyri, & Fauni comites adjunguutur.

c *Nactus eſt*. Bon. ultimam vocem non habet, quæ eleganter omiſſa eſt.

d *Impudicam Mulierem in litore* Bon. inpudicam &c., & addit *Adrianem*. Aldus *Arianen*.. Pro Ariadne, ſeu Ariadna; Minois regis Cretenſis filia; quæ Theſeum ingreſſurum Labyrinthum adjuvavit, tradito filo, quò iret, rediretque ad occidendum Minotaurum. Eum deirde in patriam rediturum ſecuta ab eodem, quum in litore dormiret; derilicta, à Baccho reperta, eidem nupſiſſe; dicitur. Hygin. Fab. XLII.; & CCIV. Ovid. Metam. L. VIII. Fab. II.

e *Ac fiducia* Bon. *fiduciæ*:

f *Ne nimium mollis videretur*. Al. *ne nimirum*. Al. *eſſe videretur*.

g *Patris proditricem*, *fratris interemptricem* Al. *interemtricem*, vide ubi ſupra Ovid., & Hyginum. Bunem. *Prima vox*, ait *Lactantio*, *quod ſciam*, *prius*, *altera Tertulliano uſitata*. Prudentius Periſteph. I. II. *Fama proditrix*. Tertulian. *de ſpect.* XVII. *Interemptrix*. Voces iſtæ a Stephanis receptæ ſunt tamquam Latinæ in Theſ.

In

pudiatam, in conjugium [b] ſibi vindicavit [i], ac liberam [k] fecit, & cum ea [l] pariter aſcendit in cœlum [m]

h *In Conjugium*. Al. *in Conjugio* Al. *in Conjugem*.

i *Vindicavit*. Iſæus *vendicavit*.

k *Ac Liberam* ſic Iſaeus *Liberam*, tamquam Deæ nomen legit, & cum eodem Barthius ad Stat. Tom. ii. Vide quæ paullo ſupra annotavimus ex Fulvio Urſino.

l *Et cum ea* Bon. *eam*.

m *Aſcendit in Cælum* Al. *Adſcendit*. Al. *ad Cælum*.

10.

Quid horum omnium pater Jupiter [a], qui in ſolenni precatione Optimus Maximus [b] nominatur? Nonne a prima ſua pueritia [c] impius, ac pene [d] parricida deprehenditur? quum

a *Horum omnium Pater Jupiter*. Al. *omnium horum Pater Jupiter*. & ſic corrigunt Aldus, & Schottus. De Jove vide diſſ.xxvii. cap.iii. §.x.

b *Optimus Maximus* vide Cicer. *pro Rabirio*: *pro domo ſua*, ac *de Nat. Deor.* L.ii. Jovem enim Capitulinum *optimum* propter beneficia, *Maximum* propter vim appellabant Romani.

c *Nonne a prima ſua pueritia* Bon. *Tò prima* non habet; quam tamen vocem omnes alii retinent.

d *Impius, ac prope* Bon. *inpius* Al. *ac pene* Al. *cœne*.

Quum

quum patrem regno expulit [e],ac fugavit: nec expectavit mortem decrepiti ſenis [f], cupiditate regnandi: & quum paternum ſolium per vim, per arma cepiſſet, bello eſt a Titanibus [g] laceſſitus, quod humano generi principium fuit malorum [h]: quibus victis, & pace in perpetuum comparata, reliquam ſuam vitam in ſtupris, adulteriiſque conſumpſit.

---

e *Quum patrem regno expulit*. Al: *exuit*. Al. *expoliavit*. Intellige Saturnum, de quo vide diſſ.xxvii. cap.iii. §.iv.

f *Nec expectavit mortem decrepiti ſenis* Schottus notat heic: *Locus apud Quintilianum*.

g *A Titatibus*. Titanes Aetheris, ac Terræ filii dicuntur. Vide diſſ.xxvii cap.iii. §.v. Al. *Tytanibus*.

h *Principium fuit malorum*. Tunc enim ſæva bella cæpiſſe dicebantur. Vide L. v. cap.iv. ſeg.4.

11.

Omitto virgines, quas imminuit [a]. Id enim

---

a *Quas imminuit*. De M. P. cap. xxxviii. eodem ſenſu verbum hoc a Lactancio uſurpatur; & quamquam du Freſne *in Gloſſar. Lat.M. Ae.* de impari conjugio in voce *diſparagare* id intelligat; tamen Plautus Noſtrum tuetur Ciſtel. i. i. 90.

Neque pudicitiam meam mihi alius imminuit quiſquam.

Tole-

enim tolerabile judicari ſolet [b]. Amphitryonem, ac Tyndarum [c] præterire non poſſum: quorum domos [d] dedecore, & infamia [e] pleniſſimas reddidit.

b *Tolerabile judicari ſolet*. Scilicet a Libertinis, & Ethnicis quibuſdam, ut Ovidius ait: Am. L. ii. Eleg. ii. ℣. 9.

Vir quoque non ſapiens: quid enim ſervare laboret
Unde nihil, quamvis non tueare, perit?

At adeo magnum eſt, quod Virginibus amiſſa perit virginitate, ut eodem poeta teſte.

. . . . . . *Nulla reparabilis arte*
Læſa pudicitia eſt. Deperit illa ſemel.

Quid enim inquit Lucretia apud Livium, *ſalvi eſt mulieri amiſſa pudicitia?*
Ovid. Epiſt. Oenon. ad Parid. ℣. 102. Liv. Dec. I. cap. 58. olim, nunc xxii. Adde Cyprian. *de Habitu Virg.* &c.

c *Amphitryonem*, & *Tyndarum*. Vide ſupra ad cap. v. ſeg. 4., ad cap. ix. ſeg. 1., & diſſ. xxvii. cap. iii. §. xx., & xxiv.

d *Quorum domos*. Bon. *domus*.

e *Et infamia* Al. *atque*.

12.

Illud vero [a] ſummæ impietatis, ac ſceleris,

a *Illum vero*. Bon. *Illut*.

Re-

leris, quod regium puerum [b] rapuit ad ſtuprum [c]. Parum enim videbatur, ſi in expugnanda fœminarum [d] pudicitia maculoſus eſſet [e], ac turpis, niſi etiam ſexui ſuo injuriam faceret [f]. Hoc eſt verum adulterium [g], quod fit contra naturam.

---

b *Regium puerum*. Infra cap.xi. ſeg.19. 29. *Catamitum* eum appellat, & *Ganymedes* dicitur, filius Trois Trojanorum regis ſecundum aliquos, ſecundum alios vero vel Aſſaraci, vel Erichthonii, a Jove raptus. Vide diſſ. xxvii. cap.iii. ſ.x.

c *Stuprum*, Vox iſta in Bon. Cod. punctis diſtinguitur.

d *Si in expugnanda fœminarum* &c. Bon. *faeminarum* Al. *ſi expugnanda*.

e *Maculoſus eſſet*. Tacitus L.iii. Hiſt. cap.xxxviii. *omni dedecore maculoſus*. Cicer. L. 1. ad Atticum Epiſc. xvi. *Maculoſi Senatores* &c. Bon. *maculoſus eſt*.

f *Faceret injuriam* Al. *injuriam faceret*. Aldus nobiſcum legit.

g *Verum adulterium, quod fit contra naturam*. Gloſſema hæc verba ſapiunt Heumanno; Sed cum typis editi, tum Mss. omnes ita legunt, & a verbo *Adultero* I.E. *ad alterum accedo* optime deducitur, quod heic Lactantius intelligit. Vide Perott. in Cornuc. L.L. col.729., & l.111. Cod. Theodoſ. ad L. Jul. de Adulter. L.xxxi. Cod. Juſt. ad L. eandem Novell. LXXI., & CXLI.

13.

Hæc qui fecit [a], viderimus, an maximus

---

a *Hæc qui fecit*. Bon. *faecit*. Schottus *facit*.

mus; certe optimus non eſt, quod nomen a corruptoribus, ab adulteris, ab inceſtis abeſt: niſi forte nos erramus homines, qui talia facientes ſceleratos [b] vocamus, ac perditos, omnibuſque pœnis dignos judicamus.

b *Qui talia facientes ſceleratos, ac perditos, omnibuſque pœnis dignos*. Sic Aldus, Al. *digniſſimos*. Conſtantinus, & Conſtans Impp. *jubemus*, inquiunt, L.c. *ſurgere leges, armari jura gladio ultore, ut exquiſitis pœnis ſubdantur infames, qui ſunt, vel futuri ſunt rei hujus nefandi criminis*; propter quod Johannem Calvinum lilio candenti ſtig natizatum, tota Gallia exulaſſe, tradunt ſui temporis hiſtorici, ut ſuæ reformationis exordium, unde cœperit, manifeſtent. Vide Hieron. Bolſecum *in vita Calvini*.

14.

Stultus autem Marcus Tullius [a], qui Gajo Verri [b] adulteria objecit: eadem enim Jupiter, quem colebat, admiſit: qui Publio

a *Marcus Tullius* Al. *M. Tullius*.

b *Gajo Verri* Al. *C. Verri* Al. *Verrio*. Cajus, ſeu Gajus Verres, in hiſtoria Romana notiſſimus, functus Quæſtura, ac Prætura Urbana, ſucceſſit in Sicilia C. Sacerdoti Prætori illius Provinciæ, atque in ea per triennium libidine, atque avaritia, qua maxime æſtuabat, ita cives exacerbavit, ut tandem decedens, Metello ſuccedente, repetundarum reus a Siculis ſit poſtulatus. V. Ciceron. in vii. *Actionibus Verrinis*.

Qui

blio [c] Clodio ſororis inceſtum: at illi Optimo Maximo eadem fuit [d]

Et Soror, & conjux.

c *Qui Plubio Clodio.* Supple *objecit.* Vide Cicer. *in Orat. pro Milone: de Arruſp. Reſp.*, & Valer. Max. L.iv. c.ii.

d *Et Soror, & Conjux.* Hemiſtichium Virgilii æn. 1. ỳ. 51. Aut Ovidii Metam. L. iii. ỳ. xiv. fab. iii. vide diſſ. xxvii. cap. iii. ſ. ix., ubi de Junone, de qua Author heic intelligendus eſt.

CAPUT XI.

1.

QUIS eſt igitur tam excors [a], qui hunc in caelo regnare putet, qui ne in terra quidem debuit? Non inſulſe quidam poeta [b] triumphum [c] Cupidinis ſcripſit, quo

a *Quis eſt igitur tam excors*, id eſt tam rudis, & prope amens; nam cor aliquando pro mente, aut animo ſumitur; unde *cordatus*, *vecors* &c. derivantur.

b *Quidam Poeta.* Quiſnam iſte fuerit, aut quod nam poematis genus, Græcum-ne, an latinum, nuſquam invenire potui. Bunem. huc reſpexiſſe ait Authorem *de pudicitia* apud S. Cyprianũ, ubi dixit *Impudicitia hominem ſub triumphum libidinis mittit.* Quod quam longe petitum ſit, nemo eſt qui non videat. Iſæus Franciſci Petrarchæ Cupidinis, ſeu Amoris triumphum heic commemorat, & merito, nam hic Poeta, qui

quo in libro non modo potentiſſimum deorum Cupidinem [d], ſed etiam victorem facit.

---

qui jure, refloreſcentis eloquentiæ apud nos, princeps fuiſſe videtur, ſic belle ibidem luſit:

Tutti ſon qui prigion' i Dei di Varro,
E di laccivoli innumerabil carco
Vien catenato Giove innanzi al Carro.

Sed hæc a Lactantio noſtro deſumpta ſunt. Cæterum etiam Ovidius Cupidinis triumphum cecinit L. 1. Amorum eleg. 2., ubi, etſi Jovis expreſſe mentionem non fecerit, dixit tamen:

Inque dato curru, populo clamante triumphum
Stabis &c.

Et infra.

His tu militibus ſuperas homineſque, deoſque.

c *Triumphum* Bon. *triumfum*.

d *Potentiſſimum Deorum Cupidinem.* Tres hujus nominis Deos enumerat Cicero de Nat. Deor. L. III. hiſce verbis, *Cupido primus, Mercurio, & Dione prima natus dicitur. Secundus Mercurio, & Venere ſecunda. Tertius quidem eſt Anteros, Marte, & Venere tertia.* Alios & longe diverſos parentes eidem aſſignant Mythographi, & Poetæ, de quibus vide diſſ. XXVII. cap. III. §. XVIII; Potentiſſimum Deorum eſſe poetæ dixerunt, quod adverſus eum nec vis, nec arma, nec preces alicujus, aliquid poſſe credebant, & ideo Ovidius ait:

Regnat, & in Dominos jus habet ille Deos.
Heroid. Epiſt. IV. ỷ. 12.

2.

Enumeratis enim amoribus ſingulorum, qui-

quibus in poteſtatem Cupidinis, ditionemque[a] veniſſent: inſtruit pompam, in qua Jupiter, cum cæteris diis ante currum triumphantis ducitur catenatus.

a *Juriſdictionemque*. Bon. *juriſdicionemque*.

3.

Eleganter id quidem a poeta figuratum: ſed tamen non multum diſtat a vero. Qui enim virtutis eſt expers: qui cupiditate[a], ac libidinibus malis vincitur; non Cupidini (ut ille finxit) ſed morti ſubjectus eſt ſempiternæ.

a *Cupiditate*. Sic Bon., Aldus, aliique boni. Al. *cupiditatibus*. Cicero utroque modo hanc vocem adhibet.

4.

Sed omittamus de moribus dicere, rem conſideremus: ut intelligant homines in quibus miſeri verſentur erroribus.

5.

Regnare in cælo Jovem vulgus exiſtimat[a], id & doctis[b] pariter, & indoctis perſua-

a *Regnare in Caelo Jovem vulgus exiſtimat* probat id Lactantius ex religioſis ritibus, quibus Gentiles eum

ſuaſum eſt, quod & religio ipſa & precationes, & hymni, & delubra, & ſimulachra demonſtrant..

eum honorabant, & ideo de unoquoque nil heic dicimus, quia infra de ſingulis ſermo redibit.

b *Id, & doctis* Al. *id doctis*. An re vera Ethnicorum ſapientes ita crediderint, Vide diſſ, XXVII, cap. I. §. VIII.

6.

Eumdem tamen Saturno, & Rhea genitum [a] confitentur. Quomodo poteſt Deus videri, aut [b] (ut ait poeta)

Hominum, rerumque repertor,

ante cujus ortum infinita hominum millia fuerunt? eorum ſcilicet, qui Saturno regnan-

a *Saturno, & Rhea genitum*. Al. pro Rhea *Ope* legunt; nam *Rhea*, & *Opis* pro eadem uſurpari poteſt, quemadmodum in hocce eodem capite facit Lactantius idemque infra cap. XIII. ait *Sororem ſuam Rheam, quam latine Opem dicimus*. Hæc ab Hygino ex Æthere & Terra, ac ex Nereo & Doride nata, in Deorum Genealogia, quam fabulis præmiſit, dicitur eſſe fab. CXXXIX., Quod omnino ſtare non poteſt, ſi idem ſignificare dicatur *Ops*, & *Opis*, ſicuti placet Munkero ibidem nota (a)Quare cum Servio notare neceſſe eſt ad Virg. Geor. l. III. ℣. 93. *Ops* quum de uxore Saturni loquimur, corripitur, ut *Ops Opis*. Quum vero de Nym-

gnante vixerunt, ac priores luce, quam Jupiter, ſunt potiti.

Nympha, quæ eſt Nerei, & Doridis filia, dicimus *Opis*, longa eſt prima Syllaba O, ut e. g.

Opis ad æthereum pennis aufertur Olympum.

Ops ergo, ſeu *Rhea*, quæ ex Saturno Jovem genuit, filia fuit Ætheris, atque Terræ, & hinc Terra ipſa aliquando Rhea dicitur. Vide diſſ. XXVII. cap. II. §. IV.

a *Videri, aut credi* hanc ultimam vocem Aldus reſtituit editioni Parentis ſui.

7.

Video alium Deum regem fuiſſe primis temporibus, alium conſequentibus. Poteſt ergo fieri, ut alius ſit poſtea futurus. Si enim regnum prius [a] mutatum eſt: cur deſperemus etiam poſterius poſſe mutari? niſi forte Saturnus generare potuit fortiorem: Jupiter non poteſt.

a Al. *prius regnum*.

8.

Atqui divinum imperium aut ſemper immutabile eſt: aut, ſi eſt mutabile (quod fieri non poteſt) ſemper utique mutabile eſt. Poteſt ergo Jupiter regnum amittere, ſicut [a] & pater ejus amiſit, ita plane.

a *Sicut &*. Al. hæc verba non habent.

Ne-

9.

Nam quum idem neque virginibus, neque maritatis [a] umquam pepercifſet: abſtinuit ſe tamen una Thetide [b]: quod reſponſum fuit, majorem patre ſuo futurum, quiſquis ex illa natus eſſet.

Pri-

a *Neque maritatis* Fulvius Urſinus, *Putamus*, inquit, *Lactantium ſcripſiſſe*: NAM QUUM IDEM NEQUE VIRGINIBUS, NEQUE MARITIS UMQUAM &c. *Deinde aliquis, qui vocem* maritis *expoſitione illuſtrare voluerit*, Maritatis *feciſſe, quæ in contextum, ut ſit, recepta poſtea ſit*. Maritas *autem mulieres nuptas puellas dici, vel illud Horarii exemplum ſatis eſt*:

Nec ſit Marita, quæ rotundioribus
Onuſta Bacchis ambulet.

At ſic omnes legunt, ut ſcripſimus.

b *Una Thetide* Hæc fabula ſic ab Hygino narratur fab. LIV. *Thetidi Nereidi fatum fuit; qui ex ea naſceretur fortiorem fore quam Patrem. Hoc præter Prometheum quum ſciret nemo, & Jovis vellet cum ea concumbere: Prometheus Jovi pollicetur, ſe eum præmoniturum, ſi ſe vinculis liberaſſet. Itaque fide data; monet Jovem, ne cum Thethide concumberet, ne, ſi fortior naſceretur, Jovem de Regno dejiceret, quemadmodum & ipſe Saturno fecerat* &c. Etiam Apol. l. 2. hæc habet, ubi arcanum hocce non a Prometheo, ut Hyginus & Lucianus narrant, revelatum dicitur Jovi; ſed a Themide, ut inquit Lactantius. Themis autem fuit una ex tribus Jovis ſororibus, ex qua ipſum Minervam ſuſcepiſſe tradunt; alii autem Juſtitiam eſſe putant, atque Ora-

Oraculorum Præſidem, & moderatricem. Odiſſ. x. vide diſſ. xxvii. cap. ii, ſ. vii.

10.

Et primum prudentia in eo non Dei, cui niſi [a] Themis futura dixiſſet, ipſe neſciret: ſi autem divinus non ſit; ne Deus quidem ſit [b]: unde divinitas [c] nominatur, ut ab homine humanitas.

a *Et primum prudentia in eo non Dei, cui niſi &c.* hæc eſt noſtri Codicis lectio, quam alii quinque, quos vidi, retinent Aldo probante, & eſt inter omnes optima: nam ſenſus eſt, prudentiam quidem fuiſſe, Thethidem non tangere, ne ex ea Patre major naſceretur, non tamen propria Dei, qui ſcire futura a ſe debet, non ab alio diſcere, quod eſt primum quod eruit Lact. ab hac fabula. *Deinde conſcientia* &c. Thomaſius nobiſcum legit cum Schotto & Aldo; niſi quod Schottus poſponit *Tò cui* particulæ *niſi*. Cæteræ editiones vel habent *imprudentiam*, vel addunt *in Deo*, vel *providentia* &c.

b *Si autem divinus non ſit, ne Deus quidem ſit*. Futurorum cognitio, maxime quæ a Dei libera voluntate dependent, vel ab hominum arbitrio, adeo ſolius Dei eſt, ut merito dictum ſit apud Iſaiam cxli. ℣. 23. *Annuntiate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus, quia Dii eſtis vos*.

c *Unde divinitas*. Al. *ipſa divinitas*.

11.

Deinde conſcientia imbecillitatis, qui timuit utique majorem: quod qui facit, ſcit profecto

fecto [a] non eſſe ſe maximum, quandoquidem poteſt aliquid majus exiſtere.

a *Scit porfecto* &c. Al. *ſcit utique* Bon. *nec optimus, nec maximus*: Al. *ſcit utique profecto*.

12.

Idem per Stygiam paludem [a] ſanctiſſime jurat:

Una ſuperſtitio Superis b quæ reddita divis.

Quæ

a *Idem per ſtygiam Paludem*. Circa Sienem in extrema Ægypti parte locus eſt concavæ Vallis ad inſtar, quæ in paludem limoſam, & papyris refertam deſinit. Ea Grecis ἄβατος, a latinis Styx, dicitur, quod triſtitiam, & horrorem faciat. Hanc apud inferos Poetæ ſitam volunt, deoſque omnes per eam jurare conſueviſſe ex eo, quod Jupiter, adjutus a Victoria, quæ filia Stygis fuit, bello contra Gigantes commiſſo, juſſit ut dii omnes, qui jurare vellent, nomine ejus interpoſito, fallere non auderent; Si qui vero eorum pejeraſſent, per annum integrum, ſecundum Heſiodum, per novem annorum millia, ſecundum Orpheum, in Tartara dejicerentur: execratorium enim eſt hocce juramentum: & ſicuti illud *me Pol*, *mehercle*, *me Jupiter* ſcl. puniat, ſi mendax ſum, homines pronunciabant jurando; ſic Dii, Stygiam Paludem: id eſt per Tartari triſtitiam, & horrorem ſibi in pænam perjurii decretam accipere dicebantur. Vide Servium ad Virg. æn. L.VI. a ℣. 134. & ſeq. Homer. Iliad. O verſ.38. Sil. Ital. L. XIII. ℣. 568. alioſque paſſim.

b *Una ſuperſtitio* &c. Sic in noſtro Cod. quemadmodum etiam in Virgiliano Mediceo apud Fogginum, ubi alii

Quæ eſt iſta ſuperſtitio [c]? aut a quo reddita? Eſt ergo aliqua poteſtas maxima, quæ pejerantes Deos puniat, quæ tanta formido eſt paludis infernæ, ſi ſunt immortales? quid metuant [d] eam, quam viſuri non ſunt [e], niſi quos mori neceſſe eſt?

alii legunt *vana ſoperſtitio*. Cellarius heic putat erraſſe Lactantium, quaſi afferens juramentum Jovis, quod tamen eſt Junonis; Juno enim illa eſt, quæ apud Virg. ænead. XII. ℣. 817. ait.

Adjuro ſtygii caput implacabile fontis
Una ſuperſtitio, &c.

Sed longe a Lactantii mente; nam ideo Lactantius primo carmine omiſſo, ſecundum recitavit, ut ſcilicet innueret, hocce juramentum Deos omnes una religione, ſummaque ſuperſtitione ſervare. Bunem. putat Cellarium erraſſe, Pontano Duce ad Virg. XII. ænead. ℣. 324., ſed dicere debuerat potius ad Virg. VI. ℣. 323.

. . . . . *Stygiamque Paludem.*
Dj cujus jurare timent, & fallere numen

Vide ibi Taub., & Emmenes. &c.

c *Quæ iſta ſuperſtitio eſt* Al. *quæ eſt &c.*

d *Quid metuant*. Al. *metuunt*.

e *Sint*. Al. *ſunt*.

13.

Quid igitur homines oculos ſuos in cælum tollunt? quid per ſuperos dejerant [a], quum ipſi ſuperi ad inferos devoluantur [b], ibique habeant

a *Dejerant*. Al. *dejerent*.

b *Revolvantur* nobiſcum legit Aldus Al. *devolvantur*.

beant quod venerentur, & adorent? Illud vero quale eſt? Eſſe fata [c], quibus dii omnes & ipſe Jupiter pareat?

c *Eſſe Fata* Walchius, ſe non repugnare ait, ſi heic pro Fatis, Parcas quis intelligat, & melius dixiſſet ſi ubique, ut ſtatim dicemus. Virgil. Eclog. IV. ℣. 46.
Talia Sæcla, ſuis dixerunt, currite, fuſis
Concordes ſtabili Fatorum numine Parcæ.
Secundum Aruſpicinæ libros, & ſacra Acherontia, quæ Tages compoſuiſſe fertur, Fata decem annis quapam ratione a Parcis differri potuiſſe, ſed numquam denitus vel a Jove immutari. Vide Myth. in Fatis, & Servium ad Virg. æn. l. VIII. ℣. 397.

14.

Si Parcarum tanta vis eſt [a], ut plus poſſint quam caeleſtes univerſi; quamque ipſe rector, ac dominus: cur non illæ potius regnare dicantur, quarum Legibus, ac ſtatutis parere omneis Deos neceſſitas cogit?

a *Si Parcarum tanta vis eſt*; heic de Parcis, aut Parchis ſermo iſtituitur. De iis in Nummis loquens Spanhemius putat probari poſſe, Fata, & Parcæ idem eſſe ex titulo cap. VII. l. I. Fulget. Mythol. ubi legitur *Fata; vel Parcæ*, & bene, nam ſic ibi Fulgentius. *Tria etiam ipſi Plutoni deſtinant Fata, quarum prima Cloto, ſecunda Lacheſis, tertia Atropos. Clotho enim Græce evocatio dicitur. Lacheſis vero ſors nuncupatur, Atropos quoque ſine ordine dicitur. Hoc videlicet ſentire volentes, quod prima ſit, Nativitatis evocatio; ſecunda, vitæ ſors; tertia, Mortis conditio, quæ ſine lege venit.* Servant Parcæ cæleſtis Archivi decretorum Libros ex

ex Marc. Capel. l. 1. Colum, & fuſum eis tradunt Mythologi, quibus vitæ ſtamina ducere putantur. Vide Gellium l. III. c. 16. & Procopium. Adde diſſ. XXVII. cap. XI. §. 1.

15.

Nunc cui dubium eſt [a], quin is, qui alicui rei obſequitur, maximus non ſit? Nam ſi ſit, non accipiat fata, ſed faciat. Nunc ad illud, quod omiſeram, redeo. In una itaque [b] ſola fuit continentior, quum eam deperiret, non virtute aliqua, ſed metu ſucceſſoris.

a *Nam cui dubium eſt* Al. *nunc eſt* &c. male.
b *In una itaque* Al. *in quod* non habent, & pro *itaque* habent *utique* & poſt *deperiret* addunt *&* Noſter autem codex ultra *deperiret* habet etiam *amaret* quæ gloſſa eſt Amanuenſis Librarii. Legit nobiſcum Aldus, qui ultimam vocem etiam addit cum copula legens: *quum eam amaret, ac deperiret*.

16.

Quæ formido utique ejus eſt, qui ſit & mortalis & imbecillus, & nihili [a]: quippe qui potuit & tunc, cum naſceretur, extingui, ſicut frater ejus ante genitus, [b] extinctus eſt

a *Et nihili* Quod nec hili eſt, inquit Feſtus. Plautus ſæpe, & Cicer. in Tuſcul. l. 3. Al. *& nihil.*
b *Sic Frater ejus ante genitus:* Saturnum occidiſſe filium

eſt: qui ſi vivere potuiſſet, numquam minori conceſſiſſet imperium: ipſe autem furto ſervatus [c], furtimque nutritus, ζεὺς ſive ζὴν appellatus eſt [d], non, ut iſti putant, a fervore cæleſtis ignis, vel quod vitæ ſit dator; & animantibus [e] inſpiret animas, quæ virtus ſolius Dei eſt (quam enim poſſit [f] inſpirare ani-

ſilium natu majorem, ne ab eodem regno expoliaretur, infra cap. XIV. narrat Lactantius. ex Ennio.

c *Ipſe autem furto ſervatus*. Poſtquam Ops ex Saturno Jovem ediderat, Juno, cui notum erat, eum occidiſſe filium ſuum primogenitum, ne illud idem Jovi contingeret; eum a matre petiit, illumque in Cretenſem Inſulam detulit, ubi ita nutriendum curavit, ut ſuſpenſis in aera cunabulis, nuſquam reperiri potuiſſet; & ne pueri vagitus exaudiretur, adoleſcentulos accerſivit, eiſque clypeola ænea, & haſtas dedit, & juſſit eos circum crepare; unde poſtea & Curetes, & Corybantes appellati ſunt. Vide Hyg. fab. CXXXIX. Ovid. in Faſt l. IV. ỳ. 200. Adde infra cap. XIII.

d Ζεὺς, *ſive* Ζὴν *appellatus eſt* Vim horum vocabulorum exponit ſtatim author, & minus aptis excluſis, expoſitionibus, quare ita dictus ſit, ingenue exponit; nempe *quia primus ex Saturni liberis, qui mares nati erant, vixiſſet*. Carpit hoc loco apud Iſæum Budæus Lactantium L. de ſtud. lit. tamquam qui hæc parum accuratè perpenderit, nec viderit ea omnia ſimbolice dici. Sed Lactantiani argumenti vim ipſe aſſecutus non eſt; ut demonſtravimus diſſ. noſtra prælim XXVII. cap. I. §. 8.

e *Vel quod Animantibus* Bon. & *Animantibus* Male.

f *Inſpirare poſſit*. Al. *poſſit inſpirare*.

At-

animam, qui ipſe accepit[g] aliunde ?) ſed quod primus ex liberis Saturni maribus vixerit.

g *Accepit*. Al. *accipit*.

17.

Potuerunt igitur homines alium deum habere rectorem[a], ſi Saturnus non fuiſſet ab uxore deluſus ? *At enim poetæ*[b] *iſta finxerunt*. Errat quiſquis hoc putat ; illi enim de hominibus loquebantur : ſed ut eos ornarent, quorum memoriam laudibus celebrabant, deos eſſe dixerunt. Itaque illa potius ficta ſunt, quæ tanquam de hominibus locuti ſunt : quod clarum fiet exemplo, quod inferemus.

a *Rectorem* : Aldus *Regem*.

b *At enim Poetæ* &c. Quidam Philoſophorum dixere, de quibus ſuo loco.

18.

Danaen violaturus[a], aureos numos largiter in ſi-

a *Danaen violaturus* Acriſii Argivorom Regis filia hæç eſt, quam aliqui ex Aganippe, alii ex Euridice eum ſuſcepiſſe dicunt, qui quum ſibi fatum eſſe meminiſſet, ab eo ſe occiſum iri, quem filia peperiſſet, eam adhuc virginem muro lapideo præcluſit ; Jupiter autem in imbrem aureum converſus eam Perſeo gravidam reliquit. Terent. in Eunuc. German. in Arat. Hyg. fab. LXIII. &c. Lactantii autem ſententiam tenent omnes fabularum expoſitores, quos inter eminent Donatus in Terent; lepide enim fabulam exponit, etſi minus honeſte.

Im-

ſinum ejus infudit. Hæc ſtupri merces fuit. At poetæ, qui quaſi de Deo loquebantur, ne autoritatem creditæ majeſtatis infringerent, finxerunt ipſum in aureo imbre delapſum, eadem figura, qua imbres ferreos dicunt[b] quum multitudinem telorum, ſagittarumque deſcribunt.

b *Imbres ferreos dicunt* Virg. æn. XII. ℣. 284. *Tempeſtas telorum, & ferreus ingruit imber.*

19.

Rapuiſſe dicitur in aquila Catamitum[a]: poeticus color eſt, ſed aut per Legionem rapuit, cujus inſigne aquila eſt[b], aut navis, in qua eſt impoſitus, tutelam habuit in aquilam figu-

a *In Aquila Catamitum*, id eſt Ganymedem, de quo cap. ſuperiori diximus. Vide diſſ. XXVII. c. III. §. X.

b *Per Legionem, cujus inſigne Aquila eſt.* Codex Bon. Longobardicus, teſte Aldo, legit *per religionem*, ut etiam habet noſter. Diximus in lib. de Opif. Dei cap. VII. Aquilam in Romano exercitu fuiſſe ſignum potiſſimum, cujus curam Primipili habebant: de ea vide Adrian. Jun l. III. c. 2. animadv. At quælibet legio ſuam habebat Aquilam. Idem ſignum in vexillis Perſarum fuiſſe, in quibus Aquila peltæ inſidens aderat, teſtatur Briſſon. III. pag. 426. Hinc & Jovem alitem hanc pro inſigne habuiſſe didicimus, ut ſtatim explanabimus,

Tu-

figuratam [c] : ſicut taurum , quum rapuit & tranſvexit Europam [d]

c *Tutelam habuit in Aquilam figuratam*. Sic etiam Aldus. Al. *tutelam habuit in Aquilam* &c. Fulvius Urſinus legit: *tutelam habuit in Aquila figuratam*, & ſtatim ſubdit; Nos nihil immutandum putamus; nam idem Lactantius eodem modo locutus eſt l. v. c. 8. quum dixit: *Quid vobis inanem juſtitiam depingitis, & optatis cadere de Cœlo, tanquam in aliquo Simulacro figuratam?* &c. Erat autem *Aquila Navis inſigne, quo ſæpe Navis ipſa ſignificabatur....* Aliqua heic deſunt. Sed apertius ex Seneca colligitur Epiſt. LXXII. quid ſit Navis tutela. *Navis*, inquit, *bona dicitur, non quæ pretioſis coloribus picta eſt, nec cui argenteum, aureumque roſtrum, nec cujus Tutela ebore cælata eſt.*

.... *Tutela Minervæ,*

Navis & a picta Caſſide nomen habet.

& ex Val. Max.

Viſa coronatæ fulget tutela Carinæ.

quæ magis illuſtratur ab Iſæo, qui ait: Tutela erat Navis inſigne, Proræ impoſitum, quod Græce *παράσημον* dicebatur; eratque Dei alicujus effigies, aut animalis, a quo navis ipſa denominabatur, ut apud Virgilium Piſtris, & Centaurus; quum ait: *Centauro invehitur magna* &c. Gallæus autem dupliciter Iſæum erraſſe contendit. Primum quidem, quia Aquila non potuit eſſe Navis tutela. *Quodnam enim auxilium, quamve tutelam ab animali bruto ſperare poterant Navigantes? Certe nomen ipſe* TUTELÆ *ſatis manifeſte hoc indicare videtur, non ab alio quoquam navis conſervationem expectaſſe veteres, quam ab illo Deo, Deaque, cujus tutelæ eam commiſerant* &c. Sed heic vehementer caſtigandus Gallæus, qui tempora non diſtinguens, non ſolum

lum Iſæo, verum & Lactantio ignorantiam, & errorem affingit. Quum enim agatur de Navigio, quo uſus eſt Jupiter, quis nam Deus, aut Dea poni debuerat pro Tutela? Religio tunc vel vera erat; & hæc, ſimulachris carebat. Vel falſa; & iſta, Sydera, & animalia, non autem hominum ſimulachra colebat. Vide diſſ. noſtram præviam XXVII. cap. II. §. III. Deinde negligentia ſatis notanda in Scholiaſte eſt, neſcire quid infra dicat Author; ſic enim contraria ſæpe aſſerere oportet. Lactantius in fine hujuſce capitis rationem reddit, quare Jupiter Aquilam ad ſuæ Navis tutelam aſſumpſerat; nam quum ex inſula Naxo adverſus Titanas proficiſceretur, & ſacrificium faceret in litore, Aquilam ei in auſpicium advolaſſe, (dicunt,) quam victor bono omine acceptam tutelæ ſuæ ſubjugavit. Vide infra ſeg. 64. Ad hæc ſi reſpexiſſet Gallæus, vel ſaltem ſi memor a ſe dictorum poſtea fuiſſet, nos lectorem noſtrum non èramus heic tam prolixa nota moraturi. Sed adhuc nos ſuſtineat oportet donec ſecundum errorem a Gallæo impactum Iſæo expendamus. *Errat porro*, verba Gallæi ſunt; *Idem Iſæus, cum aliis nonnullis viris doctis, quod putet, tutelam fuiſſe Navis inſigne proræ impoſitum, atque a tutela nomen habuiſſe, ac Græcis tutelam παράσημον vocari.... Non ſemper hoc verum fuit; nonnunquam enim tutelam nihil cum paraſemo commune habuiſſe cum Salmaſio affirmo, & patet in nave illa, qua vecta fuit Europa. Jupiter enim tutela: Taurus paraſemon.* Quid ultra? Jupiter dum rapit Europam ipſe ſibi tutela eſt. Ipſe ſibi Deus? Cellarius ſtat pro Iſæo. Salmas: in Solin. Lipſ. Schef. Bochart. Wovver. Heum. Bunem. aliique apud eoſdem. Sed quid Lactantius in Epitome cap. XI.? accipe ejuſdem verba: *Quæ eſt Aquila? Legio ſcilicet, quoniam figura hujus animalis inſigne legionis eſt... Quis eſt Taurus?*

rus è Vtique navis, quæ tutelam habuit Tauri ſpecie figuratam. Confer utrumque locum, & videbis aquilam in tutelam ſubjugatam, & Taurum; nihil aliud fuiſſe quam Legionis, & Navis inſigne.

d *Sicut Taurum quum rapuit & transvexit Europam*; iterum Gallæus: Nolim intelligas, Taurum fuiſſe tutelam navis illius, quæ Europam vexit. Sed paraſemon. Jupiter enim fuit tutela. Vide Feſtum in voce Europa &c. Sed neque ibidem, neque alibi præſidium invenit; Etſi enim aliquando naves numen Tutelare, ſeu Tutelam in Puppi, paraſemon, ſeu inſigne in Prora retinerent ab alterutro tamen, ſi diverſa erant, poterant denominari. At Jovis temporibus Animalium dumtaxat, vel Syderum effigiem poterant præſeferre. Vide Euſeb. in Chron.l.11. an.DLXXII.,& DLXXXVII. ſcilicet Agenoris Phæniciæ Regis filiam, quam Jupiter rapuit, & ſecum duxit in navi, quæ tutelam habuit Tauri ſpecie figuratam; ſecundum illud Virgilii æn. x. ℣. 195.

Ingentem remis Centaurum promovet &c.

Ubi Servius: Aut nomen navis, aut qui erat in navi pictus. Ovid. 11. Metam.13. Lucian. de Dea Syria,&c. Vide Lactant. Epitom.c. x1.

20.

Eodem modo convertiſſe in bovem traditur Io Inachi filiam: quæ, ut iram Junonis effugeret, [a] *ut erat jam ſetis obſita*, jam bos, tranaſſe dicitur mare, in Aegyptumque veniſſe, atque ibi recepta priſtina forma [b], dea facta, quæ nunc Iſis vocatur.

a *Hemiſtichium* Virgilii æn. VII. ℣. 790.

b *Recepta priſtina ſpecie*: Sic etiam Aldus Al. *priſtina forma*. Nec

21.

Quo igitur argumento probari poteſt, nec Europam in tauro ſediſſe, nec Io factam bovem [a]? Quod certus dies habetur in faſtis [b], quo Iſidis navigium celebratur: quæ res docet, non tranaſſe illam, ſed navigaſſe. Igi-

a *Nec Io factam Bovem*. De ea diximus ſupra ad cap. VI. hæc autem filia fuit Inachi, & Argiæ, Argivorum Tyranni; eamque Jupiter in vaccam convertit, ne Juno eam poſſet cognoſcere: ſed tandem ab illa cognita, & Argo in cuſtodiam data, etſi a Mercurio Argus occiſus fuerit, ipſa tamen Junonis odium non evaſit; tantam quippe eidem immiſit formidinem, ut ſe in mare præcipitaverit; ſed Jove plena in Agyptum, ſetis obſita, jam bos, ut Virg. ait æn. VII. ℣. 790. venit incolumis, ibique peperit Epaphum, id eſt, Oſiridem, ſeu Serapidem. Propterea Jupiter formam ſuam eidem reſtituit, deaque Ægyptiorum evaſit, quæ deinceps Iſis dicta eſt. Hyg. f. 145. Infra c. XXI. & diſſ. XXVII. cap. IV. §. 1.

b *Certus dies habetur in Faſtis*: Qua die apud Romanos hocce feſtum celebraretur in faſtis non apparet, ſcimus tamen ex obſerv. Sciopp. ad Taciti Germaniam cap. IX. Iſidi quotannis menſe martio navigium dicari, onuſtumque muneribus pelago committi, quod ipſe eruit ex Kalend. ruſtico, ubi legitur: feſtum menſis Martii Navigium Iſidiſ. De ſacrificiis, quæ Suevi huic numini litabant, vide Scholiaſtem loco citato, ubi plura ſcitu digna recenſentur. Bunem. aliqua addit. Iſæus vero nos docet, Navigium pro navigatione heic accipi debere teſtimoniis productis, quæ a Dukero de Latin. ICtis veter. & a Gronov. ad Scriptor. Eccl. examinantur. Ne-

22.

Igitur, qui ſapere ſibi videntur, quia intelligunt, vivum, terrenumque corpus in cælo eſſe non poſſe; totam Ganymedeam fabulam pro falſo repudiant; nec ſentiunt, in terra id eſſe factum, quia res, ac libido ipſa terrena eſt.

23.

Non ergo res ipſas geſtas finxerunt poetæ: quod ſi facerent, eſſent vaniſſimi: ſed rebus geſtis addiderunt quemdam colorem. Non enim obtrectantes illa dicebant, ſed ornare cupientes.

24.

Hinc homines decipiuntur: maxime quod dum hæc omnia ficta eſſe arbitrantur a poetis; colunt quod ignorant. Neſciunt enim, qui ſit poeticæ licentiæ modus [a], quouſque progredi fingendo liceat: quum officium poetæ ſit in eo, ut ea, quæ geſta vere ſunt, in aliquas ſpecies obliquis figurationibus cum decore aliquando converſa traducat.

a *Neſciunt, enim, qui ſit, poeticæ licentiæ modus &c.* Ariſtoteles, & Horatius in Poet. hæc eadem præcepta dant, ut ſcil. fabulæ vero ſimiles fingantur. Poeſis enim vera imitari debet, quamvis, ut ait Ovid. III. Amor. El. 12. diſt. penult.

Exit in immenſum fæcunda licentia vatum,
Obligat hiſtorica nec ſua verba fide.

Vide Voſſium de Inſtit. Poet. l. III.

25.

Totum autem, quod referas, fingere, id eſt ineptum eſſe, & mendacem potius, quam poetam [a]

26.

Sed finxerint [a] iſta, quæ fabuloſa creduntur: num etiam illa, quæ de diis fęminis, deorumque connubiis dicta ſunt? Cur igitur ſic figurantur, ſic coluntur? niſi forte non tantum poetæ, ſed & pictores etiam, fictoreſque imaginum mentiuntur.

a *Quam Poetam. Sed finxerint.* Sic Aldus *Tò Poetam* noſter Cod. non habet Al. *finxerunt*. Male. Item in noſtro Cod. *Tò Sed* punctis ſuppoſitis inſignitur.

27.

Si enim hic eſt [a] Jupiter, qui a vobis dicitur Deus. Si non is eſt, qui ex Saturno, & Ope natus eſt: non oportuit niſi ſolius ſimulachrum in templis omnibus collocari, quid ſibi mulierum effigies volunt? quid ſexus infirmus? In quem ſi cecidit iſte Jupiter [b]: eum vere ipſi lapides hominem fatebuntur.

Men-

a *Si enim hic eſt Jupiter, qui a vobis dicitur Deus, ſi non is, qui ex Saturno, & Ope natus eſt*. Hæc eſt Lectio noſtri Codicis, quam aliis omnibus præfero cum Bunem.

nem. & Langletio ; ac ex Romanis Mss.vii.

b *In quem ſi cecidit iſte Jupiter* . Aldus corrigit: *hic Jupiter.* Sententia eſt, ipſos lapides ſimulachrorum. Stupra Jovis , & impotentiam libidinis teſtari , ſi in ſexum muliebrem incíderit. Ex quo hominem non deum fuiſſe manifeſtum fit, ut optime notavit Cellarius.

28.

Mentitos, ajunt , eſſe poetas , & his tamen credunt , imo vero non eſſe mentitos , re ipſa probant . Ita enim deorum ſimulachra confingunt , ut ex ipſa diverſitate ſexus, appareat vera eſſe , quæ dicunt poetæ . Nam quod aliud argumentnm habet imago Catamiti , & effigies aquilæ , cum ante pedes Jovis ponuntur in templis , & cum ipſo pariter adorantur: niſi ut nefandi ſceleris , ac ſtupri memoria maneat in æternum ?

29.

Nihil igitur a poetis in totum fictum eſt [a] : aliquid fortaſſe traductum , & obliqua figuratione obſcuratum , quo veritas involuta tegeretur: ſicut illud de ſortitione regnorum [b]. Ajunt

a *Nihil igitur a Poetis in totum fictum eſt* . Al. *Non* 1. *a.P. totum fic.* In totum fingere: elegantius *quam totum* .

b *De ſortitione Regnorum* . Cicero de Natur. Deor lib. II. eadem fere habet. Huetius autem ea intelligit de tribus filiis Noe . Homer. in Iliad. Fulgent. in Mytol. videndi . *Orien-*

30.

Ajunt enim Jovi cælum obtigiſſe, Neptuno mare, inferna Plutoni. Cur non terra potius in ſortem tertiam venit? niſi quod in terra geſta res eſt.

31.

Ergo illud in vero eſt, quod regnum orbis ita partiri, ſortitique ſunt, ut Orientis imperium Jovi cederet [a], Plutoni (cui cognomen Ageſilao fuit) [b] pars Occidentis obtingeret: eo quod plaga Orientis, ex qua lux mortalibus datur, ſuperior: Occidentis autem, inferior eſſe videatur [c]. Sic veritatem mendacio velaverunt, ut veritas ipſa perſuaſioni publicæ nihil derogaret.

De

a *Orientis imperium Jovi cederet*. Jam hoc explanatur heic a Lactantio; locus autem in Oriente ubi Jupiter regnaſſe dicitur, præcipue in Africa fuit, cujus pars maxima Tropicos inter ſita eſt, ſolemque, ac cæteros Planatas habent Incolæ ſupra verticem; ideoque regio illa Cælo proxima credita eſt.

b *Plutoni, cui cognomen Ageſilao fuit* Al. *Ageſilas*. Al. *Hageſilaus*. Et hic filius Saturni, & Opis, Ageſilao dictus, quod ſcil. Populos agat, ſub tartara, quibus præeſſe Gentes putabant. Alii pro *Ageſilao* legere mal-

mallent *Agelaſſo*, & *Agathalio*, quæ etſi Plutonis nomina ſint, non tamen a Lactantio heic adhibita, ut editi libri, ac Mss. Codices habent. Eum Fabularum explanatores fuiſſe Semum, Noachi filium, natu tertium dicunt, cui ideo inferna ſedes tribuitur, quia in Aſia ad terminos uſque Cimmerii Bcſphori regnavit, ſeu, ut vult Bochart. in Phal. cap. 1. Quia quum veri Dei cultor eſſet, in morum diſciplina acerbe ſeverus, atque ab Idolalatria alienus. Hinc ab illis obſcurus, miſer, tenebroſus appellatas eſt, ut Græcum vocabulum ſonat, quo eum Plato appellat in Cratil. Ἀδὴς vel Ἀδὴς, quamvis Cicero ἀπὸ τοῦ παντὸς vel πάντων Deum eum divitiarum appellatum eſſe dicat. l. 1. de Nat. Deorum, quod tamen ejus imperium in Aſia confirmat. Vide diſſ. XXVII. cap. III. §. VIII.

c *Inferior eſſe videatur*. Aldus *inferior ſit*.

32.

De Neptuni ſorte manifeſtum eſt [a], cujus regnum tale fuiſſe dicimus, quale Marci Antonii [b] fuit infinitum illud imperium, cui totius oræ maritimæ poteſtatem Senatus decreverat, ut prædones perſequeretur, ac mare omne pacaret. Sic Neptuno maritima omnia cum inſulis obvenerunt.

Quo-

a *De Neptuni ſorte manifeſtum eſt*. Nam Neptunus juxta Placidi Lactantii expoſitionem, atque eorum, qui eo Duce fabularum hiſtoriam conſcripſerunt, alius non eſt quam Japhet Noachi filius natu ſecundus, cui pleraque Inſularum pars ſive Græciæ, ſive Europæ in ſortem obvenere. Probat hoc nominis Ethymon, nam quemad-

admodum Japhet hebraice juxta Patris benedictionem Gen. IX. ſignificat *dilatatus* , extenſus , ſic nomen Græcum ποσειδων *diffuſus* exponitur. Vide diſſ. XXVII. cap. III. §. VI.

b *Quale Marci Antonii* . Al. *Magni Pompeii*, & miror, Iſæum dixiſſe, quod in Bonon. Cod. ſic legatur ; ibi enim rotunde ſcriptum eſt , ut hæc exhibemus , niſi quod Antonii per unum dumtaxat ; more antiquorum ſcriptum eſt . Quamquam Aldus ex Bononienſi Cod. Longobardico legat:*M. Pompeii.*Non autem Antonii in Pompeji nomen immutandum eſt ; quamvis enim verum eſt , datam fuiſſe Pompejo lege Gabinia claſſis præfecturam ad expurgandum a Prædonibus mare , propter quod etiam dictus eſt Neptunius , ut apparet in pluribus nummis apud Arduinum , alioſque; tamen, ut bene Cælius Rodigin. l. VI. Cap.18. cum Ciacc. & Latinio obſervavit , verba Lactantii potius M. Antonio , quam Pompejo quadrant . Reſpiciunt enim verba Ciceronis l.II. in Verrem n.8. *Marci Antonii infinitum illud imperium* & ibid. l. III. n. 213. *Ita ſe in illo infinite imperio , M. Antonium geſſiſſe* . Is autem M. Antonius ex Aſconio , ille eſt , qui gratia Cottæ Conſulis , & Cethegi factione in Senatu totius oræ maritimæ nactus imperium , Siciliam omnem cum provinciis depopulatus eſt, & movens bellum contra Cretenſes obiit . Fulvius Urſinus nobiſcum cenſet ob eaſdem rationes retinendum eſſe M. Antonii nomen .

33.

Quomodo id probari poteſt ? Nimirum veteres hiſtoriæ docent . Antiquus author Euhemerus [a], qui fuit ex civitate Meſſena , res ge-

a *Euhemerus* de hoc ſcriptore egimus in diſſ. XL. cap. II. §. 5. In

geſtas Jovis, & cæterorum, qui dii putantur, collegit, hiſtoriamque contexit ex titulis, & inſcriptionibus ſacris, quæ in antiquiſſimis templis habebantur, maximeque in fano Jovis Triphylii [b], ubi auream columnam poſitam eſſe ab ipſo Jove, titulus indicabat: in qua columna geſta ſua perſcripſit, ut monimentum eſſet poſteris rerum ſuarum

b *In Fano Jovis Triphylii*: Tryphilia regio eſt Elidem inter & Meſſeniam in Achaja, ubi a loco, in quo Jupiter Delubrum habuit, Triphilius dictus eſt: vide Geograph. Strob. l. VIII. & ex Bun. Liv. XXXII. 5.

34.

Hanc hiſtoriam interpretatus eſt Ennius, & ſecutus [a], cujus hæc verba ſunt ibi: [b] *Jupiter imperium Neptuno dat maris, ut inſulis omnibus, &, quæ ſecundum mare loca ſunt, omnibus regnaret*. Vera ſunt ergo, quæ loquuntur poetæ, ſed obtentu aliquo, ſpecieque velata.

Po-

a *Interpretatus eſt Ennius, & ſecutus* Cicero l. 1. de Nat. Deorum, *quæ ratio*, inquit, *maxime tractata eſt ab Euhemero, quem noſter interpretatus, & ſecutus eſt præter cæteros Ennius*. Arnob. l. IV.

b *Cujus hæc verba ſunt Ibi*. Aldus. *Ubi*. In noſtro Codice quæ ſequuntur brevioribus characteribus, & lineis ſcripta ſunt, ut verba Ennii, quæ oratione ſoluta, non autem, ut aliqui putaverunt, numeris vin-

vincta; ſunt ſcripta; Ennius enim non ſolum Poeta fuit, ſed etiam Hiſtoricus, cujus annalium liber tertius a Probo Ecl. VI. 31. laudatur; & Euhemeri traductio a Varrone in Collect. Auct. *de re ruſtica* pag. 60. & 127. edit. Commelin.

c Et quæ secundum mare loca sunt. Aldus etiam ſic legit. Al. *Et quæ loca ſunt ſecus mare*.

35.

Poteſt & mons Olympus figuram poetis dediſſe, ut Jovem dicerent cæli regnum eſſe ſortitum, quod Olympus ambiguum nomen eſt & montis, & cæli. [a] In Olympo autem Jovem habitaſſe, docet hiſtoria eadem, quæ dicit: *Ea tempeſtate* [b] *Jupiter in monte Olympo maximam partem vitæ colebat*, & *ad eum in jus veniebant, ſi quæ res in controverſia erant. Item, ſi quis quid novi invenerant,* [c] *quod ad vitam humanam utile eſſet, eo veniebat atque Jovi oſtendebat*.

Mul-

a *Olympus ambiguum nomen eſt & montis, & Cæli*. Ideo idem Virgil. eum *frondoſum vocat* 1. Georg. ℣. 57. & lib. IV. ℣. 502. de Cæſare dicit *adfectare viam Olympo*, id eſt præparare ſibi divinos honores: Sunt autem quatuor hoc nomine Montes.

b *Ea tempeſtate* &c. ſcripta ſunt hæc charactere minori in n. Cod.

c *Item ſi quid novi invenerant.. veniebant.. oſtendebant* Al. *ſi quis... invenerat inveniebat... oſtendebat*. Aldus *ſi qui... invenerant* &c. Schottus *ſi quis* &c. *veniebant. oſtendebant* &c. *Figu-*

36.

Multa in hunc modum poetæ transferunt, non ut in deos mentiantur, quos colunt: ſed ut figuris verſicoloribus [a] venuſtatem, ac leporem carminibus ſuis addant. Qui autem non intelligunt, quomodo, aut quare quidque fingatur, [b] poetas velut mendaces, & ſacrilegos inſequuntur [c].

a *Figuris verſicoloribus*. Sic etiam Aldus Al. *variiſque coloribus*. Non mutandum judico, nam in Epitom. c. XI, ubi hæc eadem contracte referuntur, dicit, *ea figura eſt quaſi velamine aliquo verſicolore*. Vocabulum eſt tam Poetis quam Oratoribus uſitatum non ſolum in obvio, ſed etiam ſenſu metaphorico.

b *Fingatur*; Sic etiam Aldus Al. *figuretur*.

c *Inſequuntur* Poetæ apud Ethnicos antiquiores habebantur pro vatibus Deo plenis, ut ſupra diximus; at temporibus Chriſto naſcituro magis propinquis, jam æſtimatio eorum imminuta erat quum de diis ſuis ridicula prorſus, & indigna narrarent.

37.

Hoc errore decepti etiam philoſophi, quod ea, quæ de Jove feruntur, [a] minime convenire in Deum videbantur, duos Joves finxerunt: unum naturalem, alterum fabuloſum.

Vi-

a *Duos Joves finxerunt* Al. *fecerunt*. Jam ſupra diximus plures fuiſſe Joves, ſed ad Lactantii inſtitutum duos

duos heic enumerare ſufficiebat, ut ſibi met opponeret Philoſophorum reſponſionem, quam Plutarch. de placit. Philoſ. innuere videtur, ubi de cauſſa prima agens, eam dividit in naturalem, & civilem, ex quibus fabula orta eſt.

38.

Viderunt ex parte, quod erat verum, eum ſcilicet, de quo poetæ loquuntur, hominem fuiſſe, in illo autem naturali Jove vulgari conſuetudine religionis inducti, erraverunt, quod in deum nomen hominis tranſtulerunt, qui (ut ſupra diximus)[a] quia ſolus eſt, non indiget nomine. Jovem autem illum eſſe, qui ſit ex Ope, Saturnoque natus, negari non poteſt.

a *Ut ſupra diximus*. Scil. cap. 6.

39.

Vana igitur perſuaſio eſt eorum, qui nomen Jovis ſummo Deo tribuunt. Solent enim quidam errores ſuos hac excuſatione defendere, qui convicti de uno Deo, quum id negare non poſſunt, ipſum ſe colere affirmant: verum hoc ſibi placere, ut Jupiter nominetur: [a] quo quid abſurdius? Jupiter enim ſine contubernio conjugis, filiæque[b] coli non ſolet

a *Jupiter nominetur*. Etiam aliqui Catholici hoc nomine Deum verum appellarunt: ſed viri Sancti, atque

ſolet. Unde qui ſit, apparet: nec fas eſt id nomen eo transferri, ubi nec Minerva eſt ulla, nec Iuno [c]:

M Quid?

que ſapientes merito eos reprehenderunt. Vide Pamelium ad Tertul. Aploget. cap xxiv. in illud: *Plato Iovem Magnum*, ubi hæc habet: Illud vero non ad eum, qui Saturni filius eſſe dicitur, pertinet Jovem; nomine namque ipſo conditor rerum univerſarum deſignatur. Declarat id ipſe Plato. Nam cum non haberet aliud, quo eum ſignificanter appellaret, vulgari, & uſitato, minime antem proprio Dei nomine; evidentioris deſignationis gratia eſt uſus; adjecto inſuper verbo *Magnum*, ut diſcerneret Cæleſtem a terreno, ingenitum a genito. Quæ Athenagoræ, verba ſunt, quibus etiam utuntur Arnobius lib. I. adverſus Gentes, S. Juſtinus, & alii apud korth. ad Juſt. Paræneſ: ad Græc.

b *Sine contubernio conjugis, filiæque*. Fulvius Urſinus. Ita, inquit, hic locus legendus eſt; nam reſpexit Lactantius ad templum Jovis Capitolini, quod Tarquinius ſuperbus ædificavit. In eo autem Templo, ſcribit Vitruvius l. I. cap. 7. tres cellas fuiſſe Jovi, Junoni, & Minervæ, dicatas, de quibus Dionyſ. Halicar. l. IV. (ſic in Cod. M.s.) Ex quibus verbis intelligimus, mediam quidem Cellam Jovis, a lateribus, alteram Junonis, alteram Minervæ fuiſſe ſub eodem laqueari, eodemque tecto. Item Macrobius l. iii. c. 4. Satur. Eſſe autem, inquit, medium æthera Jovem, Junonem vero imum Aera cum Terra; & Minervā ſummum ætheris cacumen. Eo argumento utuntur, quod Tarquinius Demarati Corinthii filius Samothraciis religionibus myſtice imbutus, uno templo, ac ſub eodem tecto Numina memorata conjunxit. Hinc

Hinc Auſonius in ternario numero dixit:

Trina in Tarpejo fulgent conſortia Templa.

Videndus de hoc Templo M. Varro, & Ovid. lib. VI. Faſtor. Extat etiam nummus aureus Antonini Pii Imper. in cujus altera parte Aquilæ ſignum in medio, & ab una parte Pavo, in altera noctua impreſſa eſt, ad indicandam fortaſſe ejus Templi reſtitutionem. Nam Aquilam Jovi, Pavonem Junoni, Noctuam Minervæ Romana antiquitas ex vana religione olim dicavit.

c *Nec Minerva eſt ulla, nec Juno*. Id eſt in divinis nulla Minerva eſt, nulla Juno, utpote quæ altera Jovis Soror, & conjux, altera filia eſſe dicebatur a Gentilibus, qui Minervam ex Jovis capite natam aſſerunt, ideoque dicta *Coryfaſia*; quamvis alii ex Themide eam ſuſcepiſſe Jovem, tradunt. Vide Gloſ. ad Hygin. præfat. Pindar. in Olymp. Ode VII.

Quando Vulcani arte aereo bipenni
Minerva ex ſupremo Patris vertice proſiliit.

40.

Quid? quod hujus nominis proprietas non divinam vim exprimit, ſed humanam? Jovem enim, Junonemque a juvando eſſe dictos, Cicero interpretatur. [a] Et Iupiter, quaſi juvans

a *Cicero interpretatur* En Ciceronis verba l. II. de Nat. Deor. *Sedet ipſe Jupiter, id eſt*, JUVANS PATER, *quem converſis caſibus appellamus a juvando* JOVEM: *a Poetis, Pater, divumque, hominumque dicitur; majoribus autem noſtris, Optimus, Maximus, & quidem ante*

vans pater dicitur: quod nomen in Deum minime congruit [b] quia juvare hominis eſt, opis aliquid conferentis in eum, qui ſit alienus, exigui beneficii [c].

---

ante optimus, id eſt beneficentiſſimus, quam Maximus; quia majus eſt, certeque gratius prodeſſe omnibus, quam opes magnas habere; & paullo infra: *Junonem a juvando, credo, dictam* &c. adde Gellium l. v. c. 12. & diſſert. noſtram præv. XXII. Cap. III. §. IX. & X.

b *In Deum minime congruit.* Ne heic in legendo ſiſtas; ſed ad ſubſequentem rationem attende, quæ ex proprietate ſermonis tota dependet. Nam quum uſurpatur verbum *juvo* pro *auxiliari*, & *opem ferre*, quemadmodum in præſenti fit, auxilium, & opem intelligere debemus, qualia nobis dari poſſunt etiam ab animalibus brutis: a *juvando* enim dicitur *Juvencus*, & *Juvenca*, *& Jumentum, cujus appellatione animalia continentur, quæ* vel ſarcinas ferunt, vel currus trahunt; bobus dumtaxat exceptis; ut docet Perottus in ſua Cornucopia v. *Juvare* col. 641. anum. 66. Quare Dei nomen minime congruum eſt ab eo deſumere, quod exigui beneficii eſt, quum ipſe ſolus ſit vere optimus, id eſt beneficentiſſimus, qui non partem, ſed totum confert. Adde diſſ. XXIX. Cap. V. §. II.

c *Exiguii beneficii*. Al. *&* *exigui* &c. Heum. temere ſcribit: *indigus beneficii* quod placuerat Bunem; ſed *nunc*, inquit, *nihil muto: ex prioribus ſub audio*: JUVARE EST EXIGUI beneficii. ſubjicit enim *n.* 41. *illud enim*, ſcilicet, JUVARE, *levius eſt, quam, ut eo magnitudo paterni beneficii exprimatur, Add. num.* 43. BUNEMAN.

Ne-

41.

Nemo ſic Deum deprecatur, ut ſe adju-

vet, [a] ſed ut ſervet, ut vitam, ſalutemque tribuat: quod multo plus, ac majus eſt, quam juvare. Et quoniam de patre loquimur, nullus pater dicitur filios juvare, quum eos generat, aut educat. Illud enim levius eſt, quam ut eo verbo magnitudo paterni beneficii exprimatur.

a *Nemo ſic Deum deprecaur, ut ſe adjuvet* Al. *precatur*. Nobiſcum legit Aldus. Intellige exiguis, atque invalidis adjumentis, quæ nos a quibuſcunque periculis ſervare non poſſunt, multoque minus vitam, ſalutemque æternam tribuere, quod Dei ſolius opus eſt. Et ſapientiſſime ſtatim a Lactantio declarantur.

42.

Quanto id magis inconveniens eſt Deo, qui verus pater eſt; [a] per quem ſumus, & cujus toti ſumus; a quo fingimur, animamur, illuminamur, qui nobis vitam impertit, ſalutem tribuit, victum multiplicem ſubminiſtrat?

a *Pater eſt*. Al. *eſt Pater*.

43.

Non intelligit beneficia divina, qui ſe juvari tantummodo a Deo putat. [a] Ergo non impe-

a *Qui ſe juvari tantummodo a Deo putat* Al. *qui ſe juvari modo a Deo putat*. Hinc confirma expoſitionem a nobis ſuperius datam.

En-

imperitus modo, ſed etiam impius eſt, qui nomine Jovis virtutem ſummæ poteſtatis imminuit.

44.

Quare ſi Jovem ex rebus geſtis, & ex moribus hominem fuiſſe, in terraque regnaſſe deprehendimus: ſupereſt, ut mortem quoque ejus inveſtigemus.

45.

Ennius in ſacra hiſtoria, [a] deſcriptis omnibus, quæ in vita ſua geſſit, ad ultimum ſic ait: *Deinde Jupiter poſtquam quinquies terram circuivit, omnibuſque amicis, atque cognatis ſuis imperium diviſit, reliquitque hominibus leges, mores, frumentaque paravit, multaque alia bona fecit, immortali gloria, memoriaque affectus, ſempiterna monimenta ſuis reliquit: ætate peſſum acta* [b] In

a *Ennius in Sacra hiſtoria* Scilicet quam ex Euhemero latine convertit proſa oratione, ut ſupra diximus, & ut bene advertit Thomaſius.

b ÆTATE PESSUM ACTA id eſt ad extrema viribus jam deficientibus perducta, ut volunt heic Thomaſius, Iſæus, Gallæus, & alii recentiores. Quamvis alii legant *peſſime acta*. Aldus corrigit *peſſume acta*. Quidam *peſſumata*, *perſumata*, *conſumata* &c. quæ minime congruentia ſunt cum Ennii ſenſu, quo Jovis laudes palam facere intendit.

CUR-

46.

In Creta vitam commutavit, & ad Deos abiit, eumque Curetes filii ſui curaverunt, decoraveruntque eum: & ſepulchrum ejus eſt in Creta, in oppido Gnoſſo: [a] *& dicitur Veſta, hanc urbem creaviſſe:* [b] *inque ſepulchro ejus eſt*

a Curetes Filii sui Jam ſupra diximus, Curetes fuiſſe dictos, ſeu Corybantes, adoleſcentulos illos, quibus ſtrepitum edentibus Jovis vagitus Saturno patri fuerunt abſconditi; inde Cretenſibus nomen hocce factum eſt proprium. Vide Strabon. l. x. & Servium ad l. iv. Virg. Georg. ℣. 149. Ideoque etiam Jovis filii, quos vel ipſe in Creta genuerat, vel inde poſtmodum originem duxerunt, Curetes vocantur ab Ennio. Vide Diod. Sicul L. iii. c. 61.

b In Oppido gnosso Aldus *Coſſo* & *Gnoſſo*. Centum in Inſula Creta Urbes fuiſſe memoriæ traditum eſt, inter quas *Gnoſſus* Minois regia, centum ſtadiis a Goryna, quæ erat Caput Inſulæ. Al. *Gnoſos* Al. *Gnoſo*, & *Gnoſſos* dicta. Inde Strabo fuit oriundus, quamvis natus Amaſeæ, quæ Ponti Civitas eſt: Gnoſſiacum merum memorat Lucanus, & de Sepulcro Jovis, quod ibidem, oſtendebatur etjam temporibus Theophili Antiocheni Epiſcopi, (qui ſextus ab Apoſtolis dicitur Euſeb. l. iv. hiſt. c. 19. & 20. circa an. Chr. 168., quem Dodvvellus juſto longius ab Apoſtolorum ætate removere, & Epiſcopali dignitate ſpoliare auſus eſt; aliique cum eo, cui Actus Apoſtolorom nuncupati ſunt; perperam confuderunt) ipſe teſtis eſt L. i. ad Autolycum cap. x. ajens: *ille quidem Jupiter, qui Saturni filius, & rex Cretenſium fuit, habet ſepulchrum in Creta*

eſt inſcriptum antiquis literis Græcis,[c] ΖΑΝΚΡΟΝΟΥ, [d] *id eſt Latine*, *Jupiter Saturni*.

ta. De eo, cum Lact. agemus infra Cap. XXIII. vide Arnob. l. IV. Epiph. in Ancor. Origen contra Celſum, Mela, Solin. &c.

c Et dicitur Vesta, hanc Urbem creaviſſe. Veſtæ duæ a veterioribus memorantur, prima Saturni Mater, altera filia: illa Terram, iſta ignem eſſe infra viſuri ſumus: creare autem pro extruere, non novum eſt, ut aliqui putant, apud latinos. Nam ultra Ennium, in hoc eodem ſenſu uſurpatur a Cicerone, a Livio, Ovidio, aliiſque. Cicero de Natur. Deorum l. II. de Zenone loquens ait: *Cenſet enim artis maxime proprium eſſe*, creare *& gignere*, *quodque in operibus noſtrarum artium manus efficiat*, *id multo artificioſius naturam efficere*. Quamvis apud Theologos, ac Sacræ Scripturæ Interpretes, verbum *creare* accipiatur, ut Scholaſtici loquuntur, pro aliquid *efficere ex nihilo ſubjecti*, quod ſolius Dei eſt; juxta illud Geneſ. I. *In principio creavit Deus*, *Cælum*, *& Terram*.

d ΖΑΝΚΡΟΝΟΥ Al; *ὁ Ζεὺς τοῦ Κρόνου*.

47.

Hoc certe non poetæ tradunt, ſed antiquarum rerum ſcriptores, quæ adeo vera ſunt, ut ea Sibyllinis verſibus[a] confirmentur, qui ſunt tales:

M 4 *Δαί-*

a *Sibyllinis verſibus* Serm. VIII. ψ.

b *Δαίμονας* &c. id eſt

Demones inanimes; *cadaverum ſimulacra mortuorum*. *Quo-*

Δαίμονας [b] ἀψύχους νεκύων [c] εἴδωλα καμόντων
Ὧν Κρήτη καύχημα τάφους [d] ἡ δύσμορος ἴσχει [e].

Quorum Creta in jactantiam Sepulchro miſera habet.

c νεκύων Gallæus Carm. ſyb. pag. 684. legit νεκρῶν.

d Τάφους. Idem legit Τάφου, quem corrigendum inquit Iſæus.

e ἴσχει. In Codice quo uſus eſt Iſæus legebatur ἔξει. Sed apud Gallæum ἴσχει.

48.

Cicero de natura deorum, cum tres Joves a theologis * nominari [a] diceret, ait: *tertium fuiſſe Cretenſem, Saturni filium, cujus in illa inſula ſepulchrum oſtenditur*,

* Cicer: de Nat. Deor. l. III.

a *nominari*. Sic etiam Aldus. Al. *numerari*.

49.

Quomodo igitur poteſt Deus alibi [a] eſſe vivus, alibi mortuus, alibi habere templum, alibi ſepulchrum? Sciant ergo Romani, Capitolium ſuum, id eſt, ſummum caput religionum ſuarum publicarum, nihil eſſe aliud, quam inane monumentum [b] Ve-

a *Poteſt Deus alibi*: Bon. primam vocem omiſit, & ſine ſenſu legit. *Alibi Deus* &c.

b *Inane monumentum* Bon. *inanem*. Fulvius Urſinus ait: videtur legendum *monumentum*, nam expreſſit

ſit græcam vocem, *cenotaphion*, quam dicit Servius, ad Virgilium III. æneid. ℣. 304. adumbraſſe quum dixit:

Hectoreum ad Tumulum Viridi quem ceſpite inanem

50.

Veniamus nunc ad ejus patrem, qui ante regnavit, & qui fortaſſe plus habebat in ſe, quod ex coitu tantorum elementorum genitus eſſe dicatur. Videamus quid in eo fuerit Deo dignum: In primis illud, quod aureum ſeculum [a] narratur habuiſſe, quod juſtitia [b] ſub eo fuerit in terra.

a *Aureum ſæculum*. Hinc Virgilius Ecl. IV. ℣. 6.

Jam redit & virgo: redeunt Saturnia regna

ſcil. aureum Sæculum, quo Saturnus regnaſſe dicitur, quando nimirum Orbem nondum in imperia diviſerant; imo quando, ut idem Virg. I. Geor. ℣. 126. &c.

Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat....

ſcil. *ante Jovem*.

b *Quod juſtitia* Trogus apud Juſtinum l. XLIII Italiæ cultores primi Aborigenes fuere, quorum rex Saturnus tantæ juſtitiæ fuiſſe traditur, ut neque ſervierit ſub illo quiſquam, neque quicquam privatæ rei habuerit, ſed omnia communia, & indiviſa omnibus fuerint, veluti unum cunctis patrimonium eſſet.

51.

Teneo aliquid in hoc, [a] quod in ejus filio non

a *Teneo aliquid in hoc* Al. *in eo* Aldus nobiscum legit.

Ju-

non fuit. Quid enim tam conveniens Deo, quam juſtum regnum,[b] ac pium ſæculum?

b *Juſtum regnum* Al. *regimen*. Sic legit Aldus.

52.

Sed quum eadem ratione natum eſſe cogito: non poſſum putare Deum ſummum, quo videam[a] eſſe aliquid antiquius, cœlum ſcilicet, atque terram. At ego Deum quæro, ultra quem nihil eſt[b] omnino, qui fons, & origo ſit rerum. Hic ſit neceſſe eſt, qui cœlum ipſum condidit, terramque fundavit.

a *Quo videam* Al. *quod*, alii *quum*. In noſtro Bon. Codice quamquam habeatur *quod*, ultima tamen littera punctis inſignitur: lego propterea cum Aldo, ut ſenſus, poſtulat, & boni habent.
b *Nihil eſt* Al. *ſit*.

53.

Saturnus autem ſi ex his natus eſt (ut putatur) quemadmodum poteſt[a] Deus eſſe principalis,[b] qui aliis ortum ſuum debeat[c]? aut quis præfuit mundo, priuſquam[d] Saturnus gigneretur?

Sed

a *Quemadmodum poteſt* &c. id eſt; *Quomodo*, ut in quibuſdam legitur.
b *Principalis* de hac voce diſſ. XXI. §. 1 ſuo loco.
c *Debent*. Al. *debet*.
d *Priuſquam* Al. *antequam*.

Minu-

54.

Sed hoc poeticum eſt (ut dicebam paullo ante) figmentum : nec enim fieri poterat, ut elementa inſenſibilia, tanto intervallo ſeparata, in unum coirent, ac filium procrearent : aut is, qui natus eſſet, non potiſſimum genitoribus ſimilis exiſteret, ſed eam formam gereret, quam parentes ſui non habebant.

55.

Quæramus ergo, quid veritatis ſub hac figura lateat. *Minutius Felix* [a] in eo libro, qui *Octavius* inſcribitur, ſic argumentatus eſt : *Saturnum, quum fugatus eſſet a filio, in Italiamque veniſſet, Cæli filium dictum : quod ſolemus* [b] *eos, quorum virtutem miremur, aut*

---

a *Minutius Felix*. Inſignis in Romano foro Cauſidicus, temporibus Antonini, Commodi, ac Severi Imperatorum, cujus Dialogus Ethnicum inter, & Chriſtianum, *Octavius*, inſcribitur, quod hujus ſecundi nomen eſt : Liber iſte, tamquam Arnobii liber octavus eſt habitus ; ſed Auctori ſuo reſtituit Franciſcus Balduinus, & Morillonus apud Hadrianum Junium l. 11. animad. cap. 1. Nunc extat, & quidem a quamplurimis doctiſſimis viris illuſtratus. Heic Lactantius non verba ; ſed argumenti ſenſum refert a conjectura petiti, cui ipſe aliud veroſimilius addit ; nos autem diverſo charactere ſcribi curavimus, quia Minutii Felicis ſententia eſt.

b *Quod ſoleamus*. Heic noſter Codex antiquiſſimus muti-

aut qui repentino [c] *advenerint, de cœlo cecidiſſe,* [d] *dicere: terra autem, quod ignotis parentibus natos, terræ filios nominemus.*

---

mutilus eſt, & uſque ad Caput XVIII. nil ex eo producere poterimus.

c *Repentino*. Al. legunt *repentine* quod adverbium vix reperies in aliquo caſte ſcribente. Nos cum Tomaſio legimus, & cum IX. Romanis Ms. Cod. Manutius major pro *repentino*, quod Ciceronianum eſt, habet *inopinato* Livio uſitatum. Paulus vero, & Aldus junior nobiſcum legunt.

d *De Cælo cecidiſſe* Loquendi modus ſatis apud antiquos obvius; & in proverbium adoptatus. Aurelius victor in Orig. Gentis Romanæ cap. 1. *Tanta*, inquit, *uſque id tempus antiquorum hominum traditur fuiſſe ſimplicitas, ut ad ſe venientes advenas, qui modo conſilio, ac ſapientia præditi, ad inſtruendam vitam, formandoſque mores aliquid conferrent; quod eorum parentes, atque originem ignorabant, Cælo, & terr a editos non ſolum ipſi crederent, verum etiam poſteris affirmarent, veluti hunc ipſum Saturnum, quem Cæli, & Terræ filium eſſe dixerunt*. Hinc Gentium Dii primum habiti ſunt homines, qui aliquod beneficium eis præſtitiſſent. Hinc Hercules plurimi,. hinc plurimi Apollines, Mercurii &c. etiam Apoſtolorum temporibus; legimus enim in Act. Apoſt. c. XVI. a ℣. 7. Barnabam Jovem, & Paulum Mercurium fuiſſe appellatos, & Sacerdotem Jovis Tauros, & Coronas ad Sacrificandum eis attuliſſe, quod vidiſſet Lyſtris Claudum a nativitate Pauli voce exilientem, ac ſtatim ſanum incedentem. Vide diſſ. XXVII. cap. II. §. VI.

Nomi-

56.

Sunt hæc quidem ſimilia veri, non tamen ve-

vera: quia conſtat etiam tunc, cum regnaret, ita eſſe habitum. Potuit & ſic argumentari:

57.

Saturnum, quum potentiſſimus rex eſſet, ad retinendum parentum ſuorum memoriam nominis eorum cœlo, terræque indidiſſe [a], quum hæc prius aliis vocabulis appellarentur, qua ratione & montibus, & fluminibus nomina ſcimus impoſita.

a *Nomina eorum Cælo, Terræque indidiſſe* Optimam eſſe hanc Lactantii conjecturam, quæ de Urano ſequuntur, aperte demonſtrant.

58

Neque enim quum dicunt poetæ de progenie Atlantis, aut Inachi [a] fluminis, id potiſſimum dicunt, homines ex rebus ſenſu carentibus potuiſſe generari: ſed eos utique ſignificant, qui nati ſunt ex iis hominibus, qui vel vivi, vel mortui, nomina montibus, aut fluminibus indiderunt.

Nam

a *Atlantis, aut Inachi*. Primus fuit Rex Mauritaniæ, qui in monte ſui nominis transformatus fingitur l. IV. Metamorph. Secundus autem Rex Argivorum, Saturni, ac Jovis cognatus, qui cuidam fluvio, per Argiam fluenti, & Argos alluenti, demum in Argolicum ſinum delabenti, nomen ſua nece dediſſe, Geographi retulerunt:

Ægeum

Digitized by Google

59.

Nam id apud veteres, maximeque Græcos uſitatum fuit. Sic maria eorum traxiſſe nomina accepimus, qui deciderant in ea, ut Aegæum, [a] Icarium, [b] Helleſponticum [c], & in Latio Aventinus [d] vocabulum monti dedit, in quo ſepultus eſt: Tyberinus, vel Tyberis [e] amni, in quo merſus eſt.

Non

a *Ægeum Mare Ægeum* dictum eſt, ut Feſtus ait, quod Inſulæ illius, tamquam caprarumGrex intuentibus videantur. Plin. e Scòpulo, Tenedum inter, & Chium, appellatum putat. Euſtathius ab Ægæone Pirata,Strabo ab Ægis Euboicis, Solinus ab Aegeo Theſei Patre, qui ob mortem falſo ſui filii creditam, ſe in mare illud præcipltem dedit: alii ab Ægæis Eubea urbe; alii tandem ab Ægæa Amazonum regina, quæ ibi perierit. Ejus terminos varie aſſignant Geographi; & nunc *Archipelagus*, vulgo dicitur, quemadmodum olim *Mare* Imperii appellabatur, quod Majeſtas Imperii tantum in Græcia, & in Aſia minore uteumque retineretur.

b *Icarium* Ab Icaro Dedali filio, cujus fabulam Ovidius l. viii. Metamorph. Solin. cap. xxi. Hyg. fab. xl;. aliique narrant eo notiſſimo carmine.

Icarus Icariis nomina fecit aquis:

Cera enim, qua pennæ in alarum formam colligabantur, quum ipſe altius volaret, liquefacta, in mare decidit. Alii autem, Iſidoro teſte, ab eodem Icaro, qui ibidem naufragium feciſſe dicitur. At Heracl. in Polit. ab inſula ſic appellatum mare illud aſſerit, ex eo,quod ibidem Icarus a patre fuerit ſepultus; qua inſula

Ichtyu.

Ichthyuſa antea vocabtur, nunc autem *Icaria* dicitur. Solinus id vocat Aſiaticum, quia ad ortum Aſia terminatur. Ptolemæus Argeno Promontorio, & Pyrra Urbe id concludit ad Septemtriones. Strabo vero ad Helleſpontum producit. Ad meridiem per lineam a Gnido, ad Samonium Promontorium deductam, finitur. Ab occidente autem Myrtoo clauditur mari.

c *Helleſponticum*. Al. *Helleſpontum* Al. *Helleſpontium*, ab Helle, Athamantis Thebanorum Regis, & Nepheles filia, quæ quum Novercam fugeret, aurei velleris arieti inſidens, in mare iſtud, cui nomen dedit, decidiſſe dicitur: quod exponunt per hoc, quod Navis illa, qua vehebatur, Arietem haberet in Paraſemo; vellus autem aureum, per theſauros, quos Patri clam ſuffurata erat. Hoc illud anguſtum maris ſpatium eſt, Seſtum inter & Abydon, Leandri, & Heronis fabula in Epiſt. Heroidum ſatis notum, quod Europam ab Aſia ſeptem ſolummodo ſtadiorum intervallo dirimit.

Helleſpontiacus dictus eſt ab Helleſponto Priapus. Et etiam Sibylla Helleſpontiaca, de qua ſupra, & in differt. noſtra XL. cap. ii §. viii.

d *Aventinus*. Unus eſt ex ſeptem Romanis Collibus, qui ab Anco Martio Civitati eſt additus, Cælium inter, & Palatinum. Varro eum ab avibus eſſe ſic denominatum putat, quæ de Tyberi aſcendentes illic ſedebant; unde viii. æne. ℣. 235.

Dirarum nidis Domus opportuna Volucrum.

Alii ab *Adventu hominum* Al. ab *Advectu rerum* quoniam ibidem Dianæ Templum aderat, quod munera adferentes Latini, frequenter adhibant. Idem Varro ab *Avente* Sabinorum flumine, alii ab Aventino Sabinorum, vel etiam Albanorum rege, ibidem occiſo; pariterque ſepulto, ſic dictum fuiſſe, contendunt: non au-

autem ab Aventino Herculis filio, qui non huic monti dedit; ſed ab eo nomen accepit, poſtquam Hercules Cacum, illuc latentem, occidit: juxta ea; quæ dicit Servius ad Virg. l. vii. æn. ✠. 557.

. . . . . *Satus Hercule pulchro*
Pulcher Aventinus &c.

e *Tyberinus, vel Tybris* Fluvius notiſſimus Romanam Urbem alluens, quem vel a Tybri Tuſcorum Rege; juxta ripas ejus occiſo, vel a Tyberino Latinorum, vel a Tyberino, Japeti filio, in hiſce aquis ſubmerſo, ſic denominatum volunt; nam quod Livius aſſerit flumen iſtud a Tyberino Albanorum rege, non procedit, inquit Servius: ideo quia etiam ante, *Albam* Tybris dictus invenitur: Virgilius tamen Albulam eum ab antiquis dictum fuiſſe, aſſerit æn. VIII. ✠. 330.

Tum Reges, aſperque immani corpore Tybris:
A quo poſt Itali fluvium cognomine Tybrim
Diximus: amiſit verum vetus Albula nomen.

60.

Non ergo mirandum, ſi nomina eorum cœlo, terræque attributa eſſent, qui reges genuerant potentiſſimos.

61

Apparet ergo, non ex cœlo natum eſſe, quod fieri non poteſt: ſed ex eo homine, cui nomen Urano fuit [f], quod eſſe verum, Triſme-

f *Cui nomen Urano fuit*. Huic Tellurem conjugem fuiſſe dicit Lact. infra c. XXII. Parentes autem Æther, & Diem dicit Hyginus in Fabular. præfat. Boc. l. 3. c. 23. eum *Cælum*, ſeu *Cælium* vocatum fuiſſe tradit. Athe-

megiſtus author[b] eſt:qui quum diceret admodum paucos extitiſſe, in quibus eſſet perfecta doctrina: in his Uranum, Saturnum, Mercurium cognatos ſuos nominavit.

Athenagor. *pro Chriſt.* eum dicit, filios ſuos ad tartara detruſiſſe, ſicuti Jupiter Patrem ſuum. Sypontinus in Cornuc. Colum. 469. de Saturno loquens ait: *Cæli* filium fuiſſe tradunt, quod pater ejus *Uranius* dicebatur. Græci enim οὐρανὸς Cælum vocant, ſive quod Saturnus quum regno potitus potentiſſimus factus eſſet, mutatis Parentum nominibns, patrem Cælum, matrem Terram appellavit, ut hac nominum mutatione fulgorem ſuæ originis ampliaret &c. Vide diſſ. ii. in Append. §. VIII. pag. 168.

b *Triſmegiſtus author*. In lib. cui titulus *Clavi*, de quo vide Fabric. Bibl. Græc. l. 1. c. 7.

62.

Hæc ille quia ignoravit, alio traduxit hiſtoriam, qui [a] quoniam quomodo [b] potuerit argumentari, oſtendi: nunc dicam quomodo, ubi, a quo ſit hoc factum; [c] non enim Saturnus hoc, ſed Jupiter fecit [d].

N In

---

a *Qui quoniam quomodo* Al. *qui quomodo* ſic cum Thomaſio, & 7. Mss. lego reſtituta particula *quoniam*, quam recentiores non habent.

b *Sit hoc factum*. Al. *ſit hoc dictum*: male.

c *Jupiter fecit* vide infra cap. XXI.

PAN-

63.

In ſacra hiſtoria ſic Ennius tradit: * *Deinde Pantum*[a] *deducit in montem, qui vocatur Cæli ſtela. Poſtquam eo aſcendit, contemplatus eſt late terras, ibique in eo monte aram creat cælo: primuſque in ea ara Jupiter ſacrificavit:*

* Enn. ubi ſupra.

a Pantum. Sic lego cum Thom. & quamplurimis Mss.Codd. Alii cum Aldo habent *Pan æum* Al. *Panæum* Al. *Panem* Al. *Pangæum* Al. *Panteon*. Fulvius Urſinus, ſic hunc locum illuſtrat: Omnino apparet legendum: *deinde Pantum deducit in Montem*, qui vocatur *Cæli Stela* &c. Nam Pantum Cæli Stelam, id eſt Columnam ob immenſam ejus altitudinem, nempe qua Cælum ipſum ſuſtinere videtur, appellavit. *Stelæ* voce uſus eſt Plinius l. VI. c. 29. quum dixit. *In altera* Stelæ *lapidea literis ignotis*. Item Marcian.Capella l. ii. *Quaſque librorum notas Athanaſia Conſpiciens, quibuſdam eminentibus ſaxis juſſit adſcribi, atque intra ſpecum per Ægyptiorum Adyta collocari, eademque Saxa* Stelas *appellans Deorum Stemmata continere* &c. In vulgatis autem libris apud Marcian. quoque *Stellas* corrupte legitur, quum tamen ex verbi ipſius etymo, & ex loco Plinii, *ſtelas* legendum eſſe videatur. Quæ vero verba Ennii apud Lact. ſequuntur, deletis iis, quæ ab expoſitoribus adjecta videntur, ita legenda eſſe exiſtimamus. *Ibique aram creat, primuſque in ea Jupiter ſacrificavit, in quo loco ſuſpexit: idque, quod ſupra mundus erat, quodque Æther vocabatur, præcans, primum Cælum nominavit. Porro creare aram* dixit pro eo, quod eſt conſtruere, ut ſupra Veſtam Gnoſſon Urbem crea-

vit: in eo loco ſuſpexit in cælum, quod ὀυρανὸς [b] *nominatur: idque quod ſupra mundum erat, quod æther vocatur, de ſui' avi nomine cælo nomen indidit: idque Jupiter, quod æther vocatur; placans primum cælum nominavit: eamque hoſtiam, quam ibi ſacravit, totam adolevit.*

---

creaviſſe. Item *illud, quod ſupra mundus erat*; pro eo quod eſt, *antea mundus vocabatur* &c. Al. *legunt ſupra mundum*, id eſt *deſuper*. Hactenus Urſinus: Mihi autem *Pantum*, ſeu potius *Panthum* ſimulachrum plurimorum Deorum ſub una forma figuratorum fuiſſe videtur. Nam Virgil. æn. l. ii. ℣. 322. *quo res ſumma loco, Panthù!* . . . & Lucianus de Dea Syr. refert in Templo Hierapolitano Syriæ Deæ; ſimulachrum aureum fuiſſe, formam propriam, aut nomen haud quaquam habens, at aliorum omnium Deorum ſpeciem gerens, quod alii ad Dionyſium, nonnulli ad Deucalionem, quidam ad Semiramidem, retulerunt. Item inſignia Deorum omnium inerant Myobarbo, & hujuſmodi ſigna multiformia *Panthea* vocabantur, cujuſmodi illud fuiſſe dicitur quod Agrippa in Magnificum Templum a ſe Romæ ampliatum exornatumque plurimorum Deorum imagines in Simulachris Martis, & Veneris continebant. Vide Huet. Demonſt. Evang. propoſ. iv. num. 2. cap. x.

b ὐρανὸς. Aldus: Uranus nos vocamus.

---

c *Vocatur* Aldus *vocabatur*. *Cæ-*

64.

Nec hic tantum ſacrificaſſe Jupiter inveni-

 tur.

tur. Cæſar quoque [a] in Arato refert, Aglaoſtenem [b] dicere, Jovem quum ex inſula Naxo adverſus Titanas proficiſceretur, & ſacrificium faceret in litore: aquilam ei in auſpicium advolaſſe, [c] quam victor bono omine accep-

a *Cæſar quoque:* Ideſt Cæſar Germanicus, Auguſti Imperatoris nepos, Druſi filius, qui juxta Fabricium Bibl. lat. l. 1. c. 19. num. 1. præter alias virtutes, quæ Imperium illi, ni ſæpius recuſaſſet, conciliare potuiſſent, erat ingenium in utroque eloquentiæ genere excellens; veneno periit Antiochiæ, quod, licet omnia alia præſeferens, Tiberius, qui eum ex Auguſti voluntate adoptaverat, juſſit illi præberi a Gn. Piſone, Anno ℣. c. DCCII. æt. an. XXV. Chriſti XIX. De eo S. Hieron., omneſque Bibliothecarii loquuntur. Sunt qui putant, eadem verba, quæ heic a Lactantio laudantur, non Germanici eſſe, ſed ejus commentatoris, qui ab aliquibus vocatur *Calpurnius Baſſus*, ab aliis *Cæſius*, vel *Cælius Baſſus*; ſed incerta conjectura. Munkerus Scholiaſten Germanici latinum, ſe vidiſſe teſtatur, ab edito ſatis diverſum: Vide Fabricium ubi ſupra, & infra l. v. c. 5. & diſſ. XL. cap. XXI. §. VIII. & X.

b *Aglaoſthenem* Author iſte, ſæpe ab Hygino laudatus, Hiſtoriam ſcripſit, cui Titulus *Naxica*. Rerum ſcil. geſtarum in Urbe Naxo, atque in tota ejuſdem nominis inſula, quæ una eſt ex Cycladibus. Vide Voſſium Hiſt. Græc. l. iii. Alii per inſcitiam eum vocant *Gloſthenem* Al. Agloaſthenes: ſcripſit etiam carmina quædam Aſiatica, quæ a Germanici Scholiaſte referuntur *in Cynoſura.* Agathoſtenes a Plinio vocatur l. 4. c. 12.

c *Aquilam ei in auſpicium advolaſſe* Hyginus Poet. Aſtron. l. ii. cap. XVI. AQUILA hæc habet AGLAOSTHE-NES

ceptam tutelæ ſuæ ſubjugarit [d].

NES AUTEM, QUI NAXICA SCRIPSIT, AIT: *Jovem, Cretæ ſurreptum, Naxum delatum, & ibi eſſe nutritum, qui poſtquam pervenerit ad virilem ætatem, & voluerit bello laceſſere Titanas, ſacrificanti ei Aquilam auſpicatum: quo auſpicio uſum eſſe, & eam inter aſtra collocaſſe*. Quod in hoc eodem capite ſupra diximus Seg. 19.

d *Tutelæ ſuæ ſubjugavit* ſcil. ſibi, ut ſemper eſſet in tutela, addixit: ad quæ ſi reſpexiſſet Gallæus, Scaligero ſuo non tam bona fide credidiſſet, aſſerenti, numquam animalia fuiſſe pro tutela in Navigiorum puppibus figurata. Vide ubi ſupra Seg. 19.

65.

Sacra vero hiſtoria etiam ante conſediſſe illi aquilam in capite, atque illi regnum portendiſſe, teſtatur. Cui ergo ſacrificare Jupiter potuit, niſi Cælo avo? quem dicit Euhemerus in Oceano [a] mortuum, & in oppido Aulatia [b] ſepultum.

a *In Oceano* Al. *Oceania* Al. in *Octavia* Al. in *Oceanis* ubi Bunem. etſi nobiſcum legit, notat tamen Ὠκεανία cognomen Libyæ apud Stephanum eſſe: Langiet addit. Alii melius (ut nobis videtur) Cretam, quæ a Creta Nympha hoc poſterius nomen nacta eſt: vide Plin. Hiſt. Nat. l. iv. c. 12. Pro hac enim ultima opinione facere videntur Lactantii verba duo ultima *in Oppido Aulatia*, nam una ex centum Urbibus eſſe perhibetur, quæ in Cretæ inſula conditæ fuerant. Ego autem nihil mutandum arbitror ob invariatam in meis Codd.

Codd. lectionem, atque ob conjecturæ debilitatem.

b *In Oppido Aulatia* Al. *Aubaria* Al. *Alavia*. Apud Geographos Oppidum hocce non reperio, niſi id ſit idem ac *Aulis*, de qua Plinius l. iv. cap. vii., & xii. dicit. *Aulis capaci nobilis Portu*. Italis noſtris *Aulaca* Coroncll.Coſmog.,& Cluerio, atque Bunoni, oppidum cum Portu magno contra Chalcidem ſitum ad Euripum. Heic Græci in Trojanos expeditionem parantes conjurarunt,ibique Agamennoniæ claſſis ſtatio fuit.Strabo lib. ix. Aulis lapidoſa ſane ora, & Tanagræorum vicus.

CAPUT XII.

Seg. 1.

QUoniam revelavimus myſteria poetarum,& Saturni parentes invenimus: ad virtutes ejus, & facta redeamus.

2.

Juſtus in regno fuit. Primo ex hoc ipſo jam Deus non eſt, quod fuit: [a] Deinde quod ne juſtus quidem fuit, ſed impius non modo in filios, [b] quos necavit, verum etiam in patrem

a *Quod fuit* videlicet, quia Deus ſemper idem eſſe debet: nec aliquando ſolummodo juſtum fuiſſe, neceſſe eſt; ſed ſemper.

b *Non modo in filios*.De Filiis a Saturno occiſis, atque voratis jam ſupra diximus; quod autem Patri viri-

trem, cui dicitur abſcidiſſe genitalia: quod forſitan vere acciderit.

---

rilia abſciderit, Apollonius in Argonaut. l. iv. ℣. 984. tradit, & Quintilianus l i, Inſt, c. 6. Modeſtum hoc idem ſcripſiſſe ait. Alii autem aſſerunt, factum fuiſſe hoc facinus a Jove, qui eidem Saturno, Patri ſuo genitalia obtruncavit; Lycoph. in Caſſand. ℣. 76. & Fulgentius Mytol. l. i. c. 2. *Saturnus* inquit *Pollucis filius dicitur, Opis maritus, Senior velato capite, falcem gerens; cujus virilia abſciſſa, & in mare projecta, Venerem genuere.*

3.

Sed homines reſpectu elementi: quod dicitur cælum, totam fabulam explodunt, tanquam ineptiſſime fictam, quam tamen Stoici (ut ſolent) ad rationem phyſicam conantur traducere, quorum ſententiam Cicero de natuna deorum differens, poſuit *

---

* Cicer. de Nat. Deor. L. ii. *Nam vetus hæc opinio Græciam Opplevit: exſectum Cælum a filio Saturno; vinctnm autem Saturnum ipſum a filio Jove.*

In

4.

Cæleſtem, inquit, *altiſſimam, ætheream que naturam, id eſt, igneam, quæ per ſeſe omnia gigneret, vacare voluerunt ea parte corporis, quæ conjunctione alterius egeret ad*

procreandum, quæ ratio in Veſtam potuit convenire [a] ſi mas diceretur.

---

a *In Veſtam potuit convenire* De duplici Veſta diximus ſupra: hæc autem Saturni filia dicitur, cui quum Jupiter optionem dediſſet, Virgo voluit remanere. Ad ejus exemplar Virgines Veſtales, & vetuſtiſſima Sacra in Veſtæ honorem inſtituta ſunt apud Romanos a Numa Pompilio, qui focum nunquam extinguendum iis virginibus in cuſtodiam tradidit. Vide Ovidium l. vi. Faſtorum a ÿ. 291. & ſeq. ubi totam hanc enarrat hiſtoriam,

Vul-

5.

Iccirco enim virginem putant Veſtam, quia ignis inviolabile ſit elementum, nihilque naſci poſſit ex eo: quippe qui omnia, quæ arripuerit, abſumat.

6.

Ovidius in Faſtis:

Nec tu aliud Veſtam quam vivam intellige flammam:
Nataque de flamma corpora nulla vides.
Jure igitur virgo eſt, quæ femina nulla remittit,
Nec capit, & comites virginitatis amat.

Vul-

7.

Vulcano quoque [a] id potuit adſcribi, qui quidem putatur ignis, [b] & tamen eum poetæ non abſciderunt [c] potuit & Soli, in quo eſt natura, & cauſſa gignentium, nam ſine Solis igneo calore [d] neque naſci quicquam, neque au-

a *Vulcano quoque* Vulcanum ex Jove, & Junone natum aliqui putant; ſed Hyginus in Fabul. proemio, ipſum a Junone ſine Patre editum refert. Eum, quia primum fuiſſe dicebant, qui mortalibus uſum ignis indicaverit inter Deos Ethnici colebant. Eſſe Vulcanum pedibus infirmis a Matre procreatum, ipſa Juno apud Homer. in hymno Apollinis dicit, eumque fabrum, a Jove in Terras pulſum e Cælo, ut ibidem fulmina ſibi pararet, quæ deinde ab Aquila deferantur, aſſerit Vlber. Philoſ. *De Deor. Imag.* c. xv.

b *Qui quidem putatur ignis* nam Græci eum Ἥφαιστον appellant, id eſt Ignis, cui præeſt; & Ignes e terræ viſceribus erumpentes, *Vulcani* etiam nunc nominantur.

c *Poetæ non abſciderunt*; ſed illi Venerem uxorem dederunt. Cicero autem Vulcanos quatuor enumerat l. iii. de Nat. Deor. ſcil. primum Cœlo natum, ex quo, & Minerva is ortus Apollo, cujus in tutela Athenas antiqui hiſtorici eſſe voluerunt. Secundum in Nilo natum, Opes dictum ab Ægyptiis, quem cuſtodem eſſe ſuæ regionis volunt. Tertium ex tertio Jove, & Junone, qui Lemni fabricæ traditur præfuiſſe. Quartum in Mænalio natum, qui tenuit Inſulas propter Siciliam, quæ Vulcaniæ nominabantur.

d *Nam ſine ſolis igneo calore.* Plato, aliique Philoſophi

augeri poteſt : ut nulli alii elemento magis opus ſit genitalibus, quam calori, cujus fotu [e] concipiuntur, naſcuntur, ſuſtentantur omnia.

phi fere omnes docent, Solis vi omnium rerum generationem promoveri.

e *Cujus fotu:*Hoc verbum Walchio inuſitatum eſt; etſi Plinio, placuiſſe videam, & quidem non ſemel, & Samonicus apud Heum. cap. XLIV. ℣. 8.

Membra lines, fotuque ferus Mulcebitur ignis :

& cap. LIV. ℣. 7.

. . . . *Et tali recreabis languida fotu.*

Lact. De Opif. Dei l.3. *a foveo* rite productum.

8.

Poſtremo (etiam ſi ita ſit ut volunt) qui magis abſciſſum eſſe cælum putemus, quam omnino ſine genitalibus natum? Nam ſi per ſe gignit : non indigebat utique genitalibus, quum Saturnum ipſum procrearet. Si vero habuit, & a filio abſciſſa ſunt : ortus rerum, & natura omnis interiſſet.

9.

Quid? quod ipſi Saturno non divinum modo ſenſum, ſed humanum quoque adimunt? quum affirmant:* *eſſe eum Saturnum, qui curſum, & converſionem ſpatiorum, & temporum continet, eumque Græce id ipſum nomen ha-*

* Cicer. l. ii. De Nat. Deor.

Xρό-

habere : Κρόνος , [a] *enim dicitur, quod eſt idem quod* Χρόνος , *id eſt ſpatium temporis . Saturnus autem eſt appellatus , quod ſaturetur annis* .

---

a Χρόνος Hinc Saturno facta ſunt Sacra , quæ Chronia dicuntur Accio: Savaron. ad Sidon Carm. xv. Huet. Dem. Evangel. p. 257. Macrob. l. i. Saturn. c. 22. & 29.

10.

Hæc Ciceronis verba ſunt exponentis ſententiam Stoicorum, quæ quam vana ſit, cuivis intelligere promptiſſimum eſt. Si enim Saturnus cæli eſt filius: quomodo potuit aut tempus è cælo gigni, aut Cælum a tempore abſcidi, [a] aut poſtea tempus imperio ſpoliari a filio Jove? Aut quomodo Jupiter natus eſt ex tempore ? Aut quibus annis ſaturari poſſit [b] æternitas , cui nullus eſt finis ?

---

a *Abſcidi* Al. *abſcindi* .

b *Saturari poſſit* Non ſolum Cicero ait , *Saturnum a Saturando* dictum fuiſſe ; ſed alii nonnulli antiqui, ac recentiores ; quamvis non deſint , qui a *Sator* , ſcil. *magnus culter* , eum denominatum velint , ex eo, quod Falcis meſſoriæ dicatur inventor , qua germina , ſegetes &c. Cæli beneficio genitas, quum primus meſſuerit , Cæli Patris virilia amputaſſe , finxerunt Poetæ .

So-

CAP. XIII.

1.

SI ergo vanæ ſunt iſtæ rationes philoſophorum: quid ſupereſt, niſi ut vere factum eſſe credamus, id eſt hominem ab homine abſciſſum? niſi forte aliquis exiſtimet Deum fuiſſe, qui timuit cohæredem: quum, ſiquid divinitatis habuiſſet, non patris genitalia debuerit amputare, ſed propria, ne Iupiter naſceretur, qui eum regni poſſeſſione privavit.

2.

Idem ſororem ſuam Rheam, [a] quam latine Opem dicimus, quum haberet uxorem: reſponſo vetitus [b] eſſe dicitur, mares liberos educare: quod futurum eſſet, ut a filio pelleretur, quam rem metuens, natos ſibi filios

---

a *Sororem ſuam Rheam*, De qua jam ſupra dictum eſt cap. xi., heic addimus, eam non Opem ſolummodo, ſed Cybelem, Terram, Veſtam, Berecynthiam, Cererem, & pluribus aliis nominimus appellari. Vide diſſ. xxvii. cap. iii. §. iii.

b *Reſponſo vetitus* Telluris Matris, inquit Apol. l. i. c. i. Servius autem, ut ſupra diximus, hoc ei Thetidem vaticinatam fuiſſe ſcribit ad iii. æn. ℣. 104. Schol. Statii ad iv. Theb. ℣. 785. Protheum hoc Saturno

lios non utique devorabat (ut ferunt fabulæ) c ſed necabat, quanquam ſcriptum ſit in hiſtoria ſacra, d Saturnum, & Opem, cæteroſque tunc homines humanam carnem ſolitos eſitare: e verum primum Iovem leges hominibus, moreſque condentem, edicto prohi-

no dixiſſe refert. Lact. infra cap. ſeq. ſatis ab his diverſa prodit.

c *Vt ferunt fabulæ* Apol. ubi ſupra. Ovid. in faſtis l. iv. ℣. 200., & ſeq.

d *In hiſtoria Sacra* ſcil. Euhemeri, ab Ennio latinitate donata.

e *Solitos eſitare* eſt frequentativum a Supino *eſum*: Gellio, Plinio, aliiſque uſitatum. Morem hunc, vere inhumanum, non ſolum Homerus, & Virgilis l. iii. æn. a ℣. 622. De Polyphemo Cyclopo hnmanas carnes vorante referunt, ſed etiam Hiſtorici. Atheneus enim l. ix. de Phalaride, Agrigentinorum in Sicilia immaniſſimo Tyranno narrat, puerorum Membra cocta, & condita, in deliciis habuiſſe. Chryſippus, Zeno, aliique de Stoicorum ſecta hoc docuerunt fieri poſſe, immo & fieri debere, ut Chryſippus in lib.de Republica, ubi ait. *Quod ſi ex viris abſcindatur aliqua pars ad eſum utilis, neque defodere, neque temere projicere: ſed eam conſumere debemus, ut ex noſtris alia pars fiat.* Apud Menag. ad l. vii. Laertii ſeg. 121. Ne de aliis loquar, de quibus videndus *Toſi Indie Orient.* tom, i. cap. 342. Aliique, qui de Antropophagis in America degentibus ſcripſerunt.S. Hieronym.l.2.in Jovinian. ſic indignatus exclamat:*quid loquar de cæteris nationibus quum ipſe adoleſcentulus in Gallia viderim Scotos gentem Britannicam vcſcicam humanis veſci carnibus;& quum per* Syl-

prohibuiſſe, *f* ne liceret eo cibo veſci, quod ſi verum eſt: quæ poteſt in eo fuiſſe juſtitia?

Sylvas porcorum greges, & armentorum, pecudumque reperiant, Paſtorum nates, & fœminarum papillas ſolere abſcindere, & has ſolas ciborum delicias arbitrari?

f *Edicto prohibuiſſe.* De Amilchare refert Porphirius, Phœnicios quoſdam, qui in obſidione fame laborantes humanas occiſorum carnes comederant, non ſolum capitali pęna reos judicaſſe, verum etiam Elephantorum pedibus vivos conterendos tradidiſſe: merito ab Ariſtot. vii. Eth. c. v. feras beſtias appellatos.

3.

Sed fictum ſane putemus, Saturnum filios devoraſſe, modo cum aliqua ratione: num icirco [a] quod ait vulgus, comediſſe filios ſuos eum, qui extulerit, ſepulturæque mandaverit? Ops autem cūm Iovem peperiiſſet, ſubtrahit infantem, eumque nutriendum furtim miſit in Cretam [b].

Rur-

a *Num icirco* Al. *Nunc*, Al. *nam*. Al. *non*. Omnes male; ſenſus enim eſt: putemus hæc ficta eſſe, & nunc aliqua ratione quæramus quare ita fictum ſit? Num quia filios ſepulturæ mandavit; ideo eos comediſſe dicitur Saturnus? Heum. omnem delet particulam, & nude legendum jubet: *idcirco* neque notam interrogationis apponit; quam ego cum Thom. Schotti, & Bun. retinendam omnino judicavi.

c *Miſit in Cretam*: De hac fabula jam ſatis diximus ad cap. xi.

Cory-

4.

Rurſum imprudentiam reprehendam, neceſſe eſt. Cur enim reſponſum ab alio potius accepit? Cur in cælo conſtitutus, quæ gerebantur in terra, non videbat? Cur eum Corybantes [a] cymbalis fefellerunt? Poſtremo cur extitit aliqua vis potentior, aut major, quæ illius vincerent poteſtatem? Nimirum Senex à juvene facile victus eſt, ac ſpoliatus imperio.

a *Corybantes* ibidem de iis, & de Curetis diximus & infra ad cap. xxiii.

5.

Fugit igitur expulſus, & in Italiam navigio venit, quum erraſſet diu, ſicut Ovidius in Faſtorum libris refert: *

Cauſa ratis ſupereſt. Thuſcum rate venit ad amnem, [a]
Ante perrerato Falcifer orbe deus.

Hunc

* Ovid. l. i. Faſt. a ỷ. 233.

a *Thuſcum rate venit ad amnem* ſcil. Tybridem, qui ex imis Appennini jugis oritur in Thuſcia.

6.

Hunc errantem; atque inopem Janus excepit. a cujus rei argumenta ſunt nummi vete-

a *Janus excepit*. Antiquiſſimum Italiæ Regem Janum fuiſſe nullus eſt, qui ignoret; ſicuti omnes ſciunt, eum hoſpitio recepiſſe profugum Saturnum. Macrobius lib. i. Saturnaliorum c. ix., & Ovidius Faſt. i. multa de eo tradunt; ſed nemo quis vere fuerit nobis indicat; nam in Origine Romanæ Gentis, quæ ſub Sexti Aurelii Victoris nomine circumfertur, Janus primus fuiſſe dicitur, qui in Italiam venerit, ab eoque poſtea venientem exceptum eſſe Saturnum. Aliqui Moſen eum putant, alii Noachum; nam a Syris Janus *Noa* vocatur. At credat hæc, qui Annium Viterbienſem hiſtoricum potius, quam Fabulatorem putant. Nos cum Huetio, Arnobio ſubſcribimus, nullum ſcil. fuiſſe Janum, arbitrantes: niſi fortaſſe, quemlibet ex illis hominibus, quorum ſinguli unam, aliamve Terræ regionem excolere cæperunt; & quidem ex Noë Nepotibus, de quibus Gen. x. ℣. 32. habemus: *Ab his diviſæ ſunt Gentes in terra* POST DILUVIUM: & hinc, ut ſupra innui; tanta fabularum varietas, nominum permixtio, ac rerum geſtarum confuſio; inter quæ tamen invariatus apud omnes character, ſcil. quod bifrons fingitur, ut notum fiat, eum, & præterita ſciviſſe, & proſpexiſſe futura; ſimul & clavem, ac virgam gerentem, quaſi omnium portarum Cuſtos eſſet, & viarum repertor. Vide Macr. loco jam ſupra laudato. Duo enim ad minimum eos fuiſſe neceſſe eſt, ut diximus diſſ. ii., & diſſ. xxvii. c. 3. §. iv.

Num-

teres *b*: in quibus eſt cum duplici fronte Janus, & in altera parte navis, ſicut idem poeta ſubjecit:

> At bona poſteritas puppim formavit in
> ære, *
> Hoſpitis adventum teſtificata Dei.

b *Nummi veteres.* De nummo primum ſignato Strabo l. viii. Plin. l. xxx c. 3. Macrob. i. Sat. c. 7. videndi ſunt; nam ſi Macrob. credendum, Janus primus fuit, qui argentum, aurumque ſignavit; ſi Plinio, non Janus, ſed Servius Tullus rex, omnium primus æs ſignare fecit: Vide Alexand. ab Alex. c. 24. l. iv. De his autem nummis, de quibus heic Lactantius, & Ovidius mentionem faciunt, vide notitiam Rei nummariæ, quæ Gallice Pariſiis, ſuppreſſo authoris nomine, prodiit an. 1693. in 12., ac deinde latine interprete Chriſtiano Junkero Lipſiæ 1695. in 8., ubi P. Jobertus Soc. Jeſu ſatis luculenter, & erudite de his nummis agit, qui *Jani Ratiti* vel *Ratici Janicolæ* dicuntur.

* Ovid. Faſt. i. a ℣. 239.

7.

Omnes ergo non tantum poetæ, ſed hiſtoriarum quoque, ac rerum antiquarum ſcriptores hominem fuiſſe conſentiunt, qui res ejus in Italia geſtas memoriæ prodiderunt: Græci, Diodorus, & Thallus *a*: Latini, Nepos & Caſſius, & Varro *b*.

O Nam

a *Diodorus, & Thallus* Inter Græcos hiſtoriæ Scriptores, Julii Cæſaris, & Octaviani Auguſti temporibus Diodorus Siculus, cui Agyrium in Sicilia natale ſolum fuit

fuit, floruiſſe dicitur. Scripſit *Βιβλιοθήκην ἱστορικὴν* in qua agit de rebus Ægyptiis, Aſsyriis, Medicis, Perſicis, Græcis, Romanis, Punicis, aliarumque Nationum, quadraginta libris, quorum tamen ſolummodo quindecim ſuperſunt. A Bodino, Sigonio, Stephano, Pighio, aliiſque Chronographis ſæpeſæpius caſtigatur, quod in annis, ac Magiſtratibus Romanorum paſſim erret. Plinius eum deſiiſſe primum apud Græcos nugari, aſſerit, quamvis eo nihil nugacius, dicat Ludov. Vives, a Voſſio urbane notatus, qui Diodorum ingenue vindicat. Thallus autem Syriacam hiſtoriam diligenter tractavit, teſte Africano apud Euſeb. l. x. præp. Evang. c.3.Item ab eodem Euſebio in Chron., & a Tertull. in Apologet. laudatus,& a Minut.Fel.in Octat.& Voſſ. de Græc. Hiſtor. Vide diſſ. xl. cap. xxii. ſ. * xiv., & xxxix.

b *Latini Nepos, & Caſſius, & Varro*. Cornelius Nepos, Padi Accola, ut inquit Plinius, ſed natione Gallus, ut ait Auſonius, Patria Italus,ſcil. Veronenſis, in Gallia togata, cujus Hoſtilia vicus eſt, in quo primam lucem is vidit, Pignorio teſte apud Voſſium l. i. cap. xiv. de hiſt. Lat. Tullii, Attici, Catulli Amicus, puriſſimo eloquio hiſtoricos libros accurate ſatis perſcripſit, inter quos fuit etiam Chronica, ab Auſonio laudata, quæ tribus libris conſtabat, totidem temporibus reſpondens ad inſtar Apologorum, ex quibus Tertul. *in Apol.* hæc eadem fere de prompſit, quæ Lactantius de Saturno affert. Nunc autem ſuperſunt *Vitæ Excellentium Imperatorum* ab eo exaratæ: cætera opera interciderunt; niſi quod fragmenta quædam ab Andrea Schotto diligenter collecta, jam pluries recuſa ſunt, & Nuper Patavii una cum aliis operibus, interpretumque notis, eleganter illuſtratis, Typis Seminarii, prodierunt. De eo vide Fabric. Bibl. Lat.l.i.c.6. & Voſſ.

& Voſſ. ubi ſupra. Et infra de eo l. 3. c. 15. *Caſſius* Hunc Actium Caſſium Severum fuiſſe putant Bunem., & Heuman. ex Cellario; At nuſquam vidi hiſtoriam laudatam hujuſce ſcriptoris, cujus Epiſtolæ ad Mecenatem, ad Dolabellam; & ad Tiberium ſolummodo citantur in Collect. Grammat. Veter. ab Elia Putſchio adornata; & Hannov. an. 1605. edita, eumq. oratorem fuiſſe in cujus orationibus *plus vis*(lege IRÆ),*quam ſanguinis eſſe* affirmat Tacitus in Orator. c. 26. quare eum potius credam L. Caſſium, *Hemina* dictum, fuiſſe, cujus Annalium libros primum; ſecundum, tertium, quartum, & quintum laudat Putſchius ubi ſupra.

Varro Varronis hiſtoriarum libri interciderunt omnes; laudantur tamen a Nonio Marcello non ſolum ii, qui inſcripti erant *de Vita Populi Romani*; ſed etiam *primus Antiquitatum*, de quo fortaſſe heic Lactantius loquitur. Ejus *Logiſtoricum* citat Macrob. l. iii. Satur. c. 18. libros autem rerum divin. Gellius l. x. c. 15. qui de eodem dicit l. xix. c. 14. *Ætas M. Ciceronis; & C. Cæſaris præſtanti facundia viros paucos habuit: Doctrinarum autem multiformium, variarumque artium; quibus humanitas erudita eſt; culmina habuit M. Varronem; & P. Nigidium*. De eo ad cap. vi. 7.

§. 8.

Nam quum agreſti quodam more in Italia viveretur: *

Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis, O 2 Com-

* Virg. æn. l. viii. a ℣. 321.

De

Compoſuit, legeſque dedit, Latiumque vocari
Maluit, his quoniam tutus latuiſſet in oris.

9.

Cenſet ne aliquis deum eſſe, qui pulſus eſt. Qui fugit, qui latuit? Nemo tam ſtultus eſt: qui enim fugit, aut latet, & vim, & mortem timeat neceſſe eſt.

10.

Orpheus, [a] qui temporibus ejus recentior fuit, aperte Saturnum in terra, & apud homines regnaſſe, commemorat:

Πρώτισος ὁ μὲν ἄνασσεν ἐπιχθονίων Κρόνος ἀνδρῶν.
Ἐκ δὲ Κρόνου γένετ' αὐτὸς ἄναξ μέγας ἐυρύοπα ζεύς.

Item

a *Orpheus* De eo vide diſſ. XL. cap. ii. §. iv.

b Πρώτισος &c. pro ἄνασσεν, alii legunt ἄναξ ἐξ Al. ἄναξ ἐκ utrobique male. Lego cum Schotto, & Betulejo. Sic. latine in antiquis Cod.

Primus quidem Regnavit terreſtrium Saturnus virorum:
Ex Saturno autem genitus eſt ipſe Rex magnus,
Et late cuncta intuens Jupiter,

Si

11.

Item Maro noſter. *

Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.

Et alio loco. **

Aureaque (ut perihent) illo ſub rege fuere
Sæcula: ſic placida populos in pace regebat.

---

* Virg. Geor. l.ii. à V. 528.
** Aen. l. v. à v. 324.

12.

Neque ſuperius dixit in cælo egiſſe vitam, neque inferius ſuperos in pace rexiſſe, unde apparet, illum regem fuiſſe terrenum: quod alibi apertius declarat: *

...... Aurea condet
Sæcula, quæ rurſus Latio regnata per arva,
Saturno quondam.

---

* Aen. l. vi. a v. 792.

13.

Ennius quidem in Euhemero non primum dicit regnaſſe Saturnum, ſed Uranum pa-

trem : * *Initio*, inquit, *primus in terris imperium ſummum Uranus habuit. Is id regnum una cum fratribus ſuis inſtituit, atque paravit.*

* Ennius in Hechemerio, de quo ſupra.

14.

Non magna diſſenſio, & ſi quædam maximorum a autorum de filio, ac patre dubitatio eſt; ſed tamen utrumque fieri poteſt, ut & primus Uranus eminere inter cæteros potentia cœperit, & principatum habere non regnum: poſtea Saturnus majores ſibi opes comparaverit, ac regium nomen aſciverit.

a *Si quædam maximorum* &c. Al. *ſiquidem* lectionem reſtituo partim ex Codice, partim ex conjectura Fulvii Urſini; nam etiam quinque Romani Cod. habent *etſi quidem*; immo in uno Vallicellano, & in altero Barberino *i* non diſtinguitur ab *e*.

CAP. XIV.

Seg. 1.

NUnc quoniam ab iis, quæ retulimus, aliquantulum ſacra hiſtoria a diſſentit; aperiamus ea, quæ veris literis continentur, ne

a *Sacra hiſtoria* ſcil. Euhemeri, quam Ennius interpretatus eſt. *Ti-*

ne poetarum ineptias in accuſandis religionibus ſequi, ac probare videamur.

2.

Hæc Ennii verba ſunt :* *Exin Saturnus uxorem duxit Opem. Titan, a qui major natu erat, poſtulat ut ipſe regnaret, ibi Veſta mater eorum, & ſorores, Ceres atque Ops, ſuadent Saturno, ut de regno non concedat fratri.*

---

* Ennius in Heuh.

a *Titan* Vel Titanus, juxta Poetas, Cæli, & Terræ filius, non unus; ſed multiplex, qui cum Diis bella geſſerunt, quemadmodum poſtea fecerunt Gigantes, Diodorus, ſex fratres, & quinque ſorores Titanas fuiſſe tradit, ex quibus unus fuit Japetus, pater Promethei. Hyperion, qui Solis, Lunæ, ac Stellarum motus, primus obſervaſſe, dicitur, ideoque Solis, Aſtrorumque Parens appellatus, & Sol, ac Luna Titan, ſeu Titania dicuntur. De Titanomachia vide Hygin. fab c1. *In*

3.

Ibi Titan, qui facie deterior eſſet, quam Saturnus, idcirco, & quod videbat matrem, atque ſorores ſuas operam dare, ut Saturnus regnaret: conceſſit ei, ut is regnaret. Itaque pactus eſt cum Saturno, uti ſi quid liberorum virilis ſexus ei natum eſſet,

ne educaret. Id ejus rei cauſſæ fecit, uti ad ſuos gnatos regnum rediret.

4.

Tum Saturno filius, qui primus natus eſt, eum necaverunt. Deinde poſterius nati ſunt gemini, Jupiter, atque Juno. Tum Junonem Saturno in conſpectum dedere, a atque Jovem clam abſcondunt, dantque eum Veſtæ educandum, celantes Saturnum.

a *In conſpectum dedere* More veterum, inquit Walchius, qui Prolem dabant in Parentis conſpectum, ut eam genuinam eſſe agnoſceret, quam ſi ille in manibus ſuſcepiſſet, agnitæ prolis ſignum erat: ex Kipp. Antiq. Rom.

5.

Item Neptunum clam Saturno Ops parit, eumque clanculum abſcondit. Ad eundem modum tertio partu Ops parit geminos, Plutonem, & Glaucam. Pluton Latine eſt Dieſpiter: a alii Orcum dicunt. Ibi Glaucam filiam

a *Pluton latine eſt dieſpiter* Al. *Diſpiter* Al. *Dis Pater*, Jovem ſic appellatum fuiſſe & Varro, & Macrobius aſſerunt; at Plutoni hoc fuiſſe nomen, negat Iſæus; unde potius *Dis*, ſeu *Ditis Pater* dicendus erit Plu-

liam b *Saturno oſtendunt, ac filium Platonem celant, atque abſcondunt. Deinde Glauca parva emoritur.*

Pluto; quam emendationem indicat Iſidor. ex Cicerone l. ii. de Nat. Deor.

b *Glaucam filiam* De qua nullus alius mentionem facit, fortaſſe quia paullo poſtquam nata erat, mortua eſt, ſicuti & de filio, qui major natu fuit, nullus mentionem fecit propter eandem rationem, præter Euhemerum, quem inde colligo, hiſtoriam, non fabulas ſcripſiſſe.

6.

Hæc (ut ſcripta ſunt) a *Jovis, fratrumque ejus ſtirpis, atque cognatio, in hunc modum* b *nobis ex ſacra ſcriptione tradita eſt.*

a *Hæc. ut ſcripta ſunt* Heum. videntur eſſe gloſſema, quod etiam ſenſiſſe videtur Fulvius Urſinus; ſed ex Epit. Cap. XIII. verba Ennii eſſe, liquido conſtat.

b *Stirps, atque cognatio in hunc modum... tradita eſt.* Bunem.,& alii recentiores poſt *Tò cognatio* punctum figunt, & ſtatim novam periocham incipiunt quam claudunt *traditum eſt*.

7.

Item paullo poſt hæc refert: *Deinde Titan, poſtquam* * *reſcivit Saturno filios procreatos, at-*

* Idem ubi ſupra.

atque educatos eſſe clam: ſeducit ſecum filios ſuos, qui Titani vocantur, fratremque ſuum Saturnum, atque Opem comprehendit, eoſque muro circumegit: [a] *& cuſtodiam his apponit.*

---

a *Eoſque muro circumegit* Iſæus, Urſinus, Bunem. Walchius, Heum:Langlet variè tentant lectionem reſtituere, quæ latina eis non videtur; at *circumagere* non ſolum *circumducere*, ſed etiam *circumcingere* ac *circumdare* ſignificat. Virgil. æn. ix.

. . . . *Stridentem fundam circum caput egit* . . .
Marcian. Capella l. v. edit. Grot. p. 137. *erat pallio circumactus*: Mela l. ii. c. 2. *Terras magno ambitu circumagit*: Quæ exempla ſi minus placent, perpende, hanc non Lactantii, ſed Ennii phraſim eſſe.

8.

Hæc hiſtoria quam vera ſit, docet Sibylla Erythræa [a] eadem fere dicens, niſi quod in paucis, quæ ad rem non pertinent, diſcrepat.

---

a *Sibylla Herythræa* ſcil.Serm. iii.vide latinam Caſtalionis verſionem ſi lubet,aut Gallæi p. 344.

Da-

9.

Jupiter ergo liberatur ſummi ſceleris crimine, quod patrem vinxiſſe compedibus perhi-

rhibetur. Id enim Titan patruus fecit, quod ille contra pactionem, juſque jurandum mares liberos ſuſtuliſſet.

10.

Reliqua hiſtoria ſic contexitur: Jovem adultum, quum audiviſſet patrem, atque matrem cuſtodiis circumſcriptos, atque in vincula conjectos; veniſſe cum magna Cretenſium multitudine, Titanemque, ac filios ejus pugnando viciſſe: parentes vinculis exemiſſe, patri regnum reddidiſſe, atque ita in Cretam remeaſſe.

11.

Poſt hæc deinde Saturno datam ſortem, a ut caveret, ne filius eum regno expelleret: illum elevandæ ſortis, atque effugiendi periculi gratia inſidiatum Jovi, ut eum necaret: Jovem cognitis inſidiis regnum ſibi denuo vindicaſſe, ac fugaſſe Saturnum.

a *Datam ſortem* ſcil. *Oraculi reſponſum*, ut ex ſequentibus *elevandæ ſortis* colligitur. *He-*

12.

Qui quum jactatus eſſet per omnes terras, perſequentibus armatis, quos ad eum comprehen-

prehendendum, vel necandum Jupiter miſerat: vix in Italia locum, in quo lateret, invenit.

C A P. X V.

Seg. 1.

Quibus ex rebus quum conſtet, illos homines fuiſſe: non eſt obſcurum qua ratione dii coeperint nominari.

2.

Si enim nulli reges ante Saturnum, vel Uranum fuerint propter hominum raritatem, qui agreſtem vitam ſine ullo rectore vivebant: non eſt dubium, quin illis temporibus homines regem ipſum, totamque gentem ſummis laudibus, ac novis honoribus jactare cæperint, [a] ut etiam Deos appellarent, [b] ſive ob mi-

---

a *Honoribus jactare cæperint* Bun. mallet *mactare* At *jactare* magis explicat ambitionis æſtum, quo jactantur homines vento, & aura pleni, quos Itali noſtri belle vocant PALLONI, unde Cicero ſæpe uſurpat verbum *jactare* pro *efferri*, & *inaniter gloriari*, ut E.g. pro Roſcio Amerino. *Hæc tu Heruci, tot & tanta ſi nactus eſſes in reo, quandiu? Quo te modo jactares?*

b *Ut etiam Deos appellarent* Tres heic Polytheiſmi fon-

miraculum virtutis (hoc vere putabant rudes adhuc , & ſimplices) ſive (ut fieri ſolet) in adulationem præſentis potentiæ : ſive ob beneficia , quia erant ad humanitatem compoſiti ;

fontes indicat Lactantius : Scil. ob miraculum virtutis ; in adulationem præſentis potentiæ ; & ob beneficia , quæ ab illis recipiebantur , Dii appellati ſunt viri benefici, potentes , ac vi, & robore inſignes . Ubi nota , quod homines rudes adhuc , & ſimplices , ſolummodo eos dicuntur vere putaſſe Deos , qui *ob miraculum virtutis* præ cæteris eminebant;alios ob adulationem,vel ad beneficia majora obtinenda , aut etiam ad jam dudum recepta compenſanda . Quæ animadvertenda omnino erant ad vindicandos Eccleſiæ Patres , qui contra Ethnicos ſcripſerunt , *quos non ſatis prudenter egiſſe* , inquit Jo.Clericus,criticus Genevenſis, qui ante paucos annos mortem obiiſſe dicitur ; nam non una apud omnes ethnicos de diis ſuis erat opinio ; immo nec vocabuli ejuſdem acceptio , ideoque juxta quamcumque opinionem , acceptionemque res erat exagitanda ; ut de facto facit Lactantius noſter , qui nullum lapidem in hac controverſia reliquit immotum .

Eo-

3.

Deinde ipſi reges , quum chari fuiſſent iis , quorum vitam compoſuerant : magnum ſui deſiderium mortui reliquerunt .

4.

Itaque homines eorum ſimulacra finxerunt,

runt,[a] ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione ſolatium, progreſſique longius per amorem meriti, memoriam defunctorum colere cœperunt, ut & gratiam referre benemeritis viderentur, & ſucceſſores eorum allicerent [b] ad bene imperandi cupiditatem, quod Cicero de natura Deorum docet, dicens: *

Suſ-

a *Eorum ſimulacra finxerunt* &c. En Idololatriæ initium, quod Minutius Felix ſic eleganter deſcripſit: *Dum Reges ſuos colunt religioſe, dum defunctos eos deſiderant in imaginibus videre, dum geſtiunt eorum memorias in ſtatuis detinere, ſacra facta ſunt, quæ fuerant aſſumpta ſolatio*. Sic Cypr. in Tract. de Idololat. Tertul. Auguſt. aliique Patres; & inter Ethnic. Servius ad Virg. Geog. ad ℣. 20. Senec. Epiſt. xl., Tacit. in ann. l. xii., aliique paſſim agunt de rebus, quæ ob ſolatium in defunctorum memoriam ſibi ſuperſtites relinquebant. Hinc conſecrationis origo, de qua Kirchmannns de F. R., & Fabricius ubi ſupra, aliique apud ipſum; ubi nota, alios fuiſſe honores, qui decreti erant Heroibus, alios, qui diis; paulatim enim pro diis habiti ſunt, quibus antea talis honor non deferebatur, ſed ut Semideis inferior cultus decretus fuerat. Hi ſunt *dii Animales*, de quibus ex Labeone inquit Servius ad Virgil. æn. iii. ℣. 168. *eſſe quædam ſacra, quibus anima humanæ vertuntur in Deos, qui appellantur animales, quod de animis fiant*. Hinc etiam *Deos* inter, & *Divos* differentia erat; nam *Deos* dicebant quos perpetuos fuiſſe putabant, *Divos* autem ex hominibus factos; ideoque Imperatoribus dum adhuc viverent, divorum vocabula addebant;

de

de quibus diſſ. xxvii. cap. vi. §. 1. ſeq.

b *& Succeſſores eorum allicerent* &c. En finis politicus Polytheiſmi, & idololatriæ jam dudum graſſantis.

* Cicer. l. ii. de Nat. Deor.

5.

Suſcepit autem vita hominem, conſuetudoque communis, a ut beneficiis excellentes viros in cælum fama, ac voluntate tollerent. Hinc Hercules, hinc Caſtor, hinc Pollux, hinc Aeſculapius, hinc Liber.

---

a Consuetudoque communis Non ſolum conſuetudo communis fuit, ſed etiam Dii ipſi alii communes erant, alii privati. Unde Varro apud Servium ad æn. l. viii. ℣. 275. ait: *Deos alios eſſe, qui ab initio certi, & ſempiterni ſunt; alios immortales ex hominibus facti ſunt; & de iis ipſis alios eſſe privatos; alios communes, privatos, quos unaquæque Gens colit, ut nos Faunum: Thebani Amfiaraum, Lacedemonii Tindareum. Communes, quos univerſi; ut Caſtorem, & Pollucem, Liberum, Herculem &c.*

6.

Et alio loco: *Atque in pleriſque a civitatibus*

---

a *Et alio loco, atque impleriſque* &c. Al. *& alio loco, atque alio*, ſeu *atque adeo*. Nos lectionem receptam damus, & Ciceronis verba ex l. iii. de Nat. Deor.

Ro-

*bus intelligi poteſt, * acuendæ virtutis gratia; aut quo libentius Reipublicæ cauſſa periculum adiret optimus quiſque, virorum fortium memoriam honore deorum immortalium conſecratam.*

* Cicero leg. iii. de N. D.

7.

Hac ſcilicet ratione Romani, Cæſares ſuos, a con-

a *Romani, Cæſares ſuos* Inter Romanos Cæſares, quam de Romulo jam ſupra diximus, primus inter Deos relatus eſt Julius Cæſar, qui ut ait Schot. ad Aurel. Vict. cap. lxxviii. *Divus dictus eſt A. C. Octavio, Imperatore, & Cæſare creato. Siquidem ludis, quos ei Octavius hæres conſecrato edebat, Stella crinita, per* vii. *dies fulſit; creditumque eſſe animam Cæſaris, in Cælum recepti, dictumque Julium Sidus.* Ex Plut. in Caeſ. Horat. l. i. od. xxii. Svet. in Cæſ. lxxxviii. Deinde etiam ipſe Octavius divus dictus eſt, & Auguſtus ex S. C. *ut*, quemadmodum inquit Anna Tanaquilli F. F. ad cap. lxxix. S. Aur. Vict. de Vir. Illuſt. *dum terras colebat, ipſo nomine, & titulo conſecraretur.* Tertio Octaviano Cæſari, Octavii Auguſti filio *uti Deo* verba ſunt Sex. Aur. Vict. de Cæſ. Cap. i., *Romæ, Provinciiſque omnibus per Urbes celeberrimas, vivo, mortuoque templa, Sacerdotes, & Collegia ſacravere.* Ubi Johannes Arntzenius notat, vivo Octaviano nullum Templum Romæ eidem dicatum fuiſſe; nec in Provinciis ſibi ſoli divinos honores tribui permiſiſſe; ſed ſibi ſimul, & Romæ Deæ; quod approbo ex iis, quæ ex Sveton. ibidem refert in Auguſt. cap. lii. *Templa quamvis ſciret etiam Proconſulibus decerni ſolere, in nulla tamen*

conſecraverunt, & Mauri reges ſuos : [b] Sic paullatim religiones eſſe cœpere; dum illi primum, qui eos noverant, eo ritu ſuos liberos, ac nepotes; deinde omnes poſteros imbuerunt. Et hi tamen [c] ſummi reges ob celebri-

P

tamen Provincia, *niſi communi ſuo*, *Romæque nomine recepit*. De aliis Cæſaribus, atque Imp. Rom., qui hujuſmodi divinos honores habuerunt, vide Onuph. Panvin. l. ii. Faſt. Nam, ut inquit Valer. Max. in præfat. *Reliquos enim Deos accepimus*; *Cæſares facimus*. Vide Fabricium ubi ſupra de ritu Conſecr.&Herod.l. iv.hiſt.

b *Mauri Reges ſuos* Tertullianus in Apologetico ait: *Mauritaniæ regulos a populis coli*, *ut Deos*, & S. Cyprianus de Van. Idol. inquit: *Mauri vero manifeſte Reges colunt*, *nec ullo velamento hoc nomen obtexunt*. *Inde per Gentes*, *& Provincias ſingulas varia Deorum religio mutatur*, *dum non unus ab omnibus Deus colitur*, *ſed propria cuique majorum ſuorum cultura ſervatur*. *Hoc ita Alexander magnus inſigni volumine ad matrem ſuam ſcribit*; *metu ſuæ Poteſtatis proditum ſibi de Diis hominibus a Sacerdote ſecretum*; *quod majorum*, *& Regum memoria ſervata ſit*; *inde colendi*, *& ſacrificandi ritus inolevit*.

c *Et hi tamen* Al. *& hi tandem ſummi Reges*. Tatianus in Orat. contra Græcos cap. x. irridens Antinoi Apotheoſim inquit: *Quomodo mortuus Antinous*, *formoſus in luna conſecratus adoleſcens? Aut quis illum eo evexit? Niſi forte* (*quemadmodum fidem invenit ſi quis Reges*, *mercede conductus*, *in Cælum aſcendiſſe*, *non ſine perjurio*, *ac Deorum irriſione affirmet*) *ita etiam hunc aliquis in Deos ſimili ratione referens*, *præmiis*, *& muneribus ornatus eſt*. *Ægi-*

lebritatem nominis in provinciis omnibus colebantur.

8.

Privatim vero ſinguli populi gentis, aut urbis ſuæ conditores, ſeu viri fortitudine inſignes erant, ſeu fæminæ caſtitate mirabiles, ſumma veneratione coluerunt, ut Aegyptii Iſidem, [a] Mauri Jubam, [b] Macedones Cabirum [c], Poeni

a *Aegyptii Iſidem*, de Iſide, Oſiride, ſeu Serapide, diximus ad Caput XI. & infra dicturi ſumus diſſ. XXVII. Cap. IV. §. I.

b *Mauri Jubam* Minut. Felix: in Octavio *Juba, Mauris volentibus, Deus eſt*. Cellarius ad Eutr. l. vi. c. 18., & ad Minuc. ubi ſupra c. xxii. notavit, Jubam Numidarum in Africa, non Maurorum in Mauritania fuiſſe Regem; ideoque ut inquit Grotius ad Matth. xx. & Seld. de Diis Syris, quod Afris erat *Jobas*, Latinis exinde factus eſt *Juba*. Ut autem Minucii, Lactantii, Eutropii, aliorumque hoc aſſerentium authoritas ſarta tecta ſervetur, Gronovius aſſerit eo tempore Numidiam ſub Mauritania Cæſarienſi fuiſſe; immo eodem Cellario teſte ad l. v. Eutrop. *Solenne latinis fuit Numidas appellare Mauritanos*. At certe ſi Numida fuiſſet Lactantius, ut ii putant, qui eum Siccæ Veneriæ Civem faciunt, Mauros, Numidas ſuos non appellaſſet, nec Pœnos inde addidiſſet.

c *Macedones Cabirum* Jo. Antonius Aſſorius luculenter egit de Diis Cabiris, quod ante eum nonnulli cum Pauſania fecerunt; non enim unius ſolummodo Mace-

ni Uranum, [d] Latini Faunum, [e] Sabini Sancum [f] Romani Quirinum [g]

P 2 Eo-

Macedonicæ gentis iſte Deus eſt; ſed Samothraces, Lemnii, Phænices, aliique Populi Cabiros ſuos colunt. Unus ex iis fuiſſe Mercurius, alter Baccus, alius Aeſculapius; nec non Serapis dicitur apud Phil. Bybl. ex Sanconiatone; & apud Photium ex Damaſcio. Myſteria eorum ab ipſis Cabiris delata eſſe ad Tyrrhenos, ſcribit Clem. Alex. in Paræn. Immo ad ultimos uſque Brithannos perveniſſe ex Artemedoro narrat Strabo Liv. Dicti putantur à *Chavar* quod Hebraice, & Arabice ſignificat *Magnus*, ſeu *potens fuit*.

d *Pœni Uranum*: De Urano jam ſupra diximus; heic de Pœnis notamus, eos populos fuiſſe in Africa, quam minorem Geographi appellant; è Phænice Tyro profectos, Duce Eliſa, ſeu Didone, quæ Carthaginem condidit; ideoque dicti Libyphænices.

e *Latini Faunum*: Latini a Latio, Latium a latente Deo Saturno, qui Regno pulſus a filio Jove in Italiam venit, nomen habent. Heic tamen Latinorum vocabulo eos omnes populos ſignificare voluiſſe videtur Lactantius, qui ab Ortu, Hadriatico ſinu, ab Occaſu, & Septentrione Alpibus, a Meridie Mari Tuſco, ſeu infero, tanquam Italiæ terminis, clauduntur; ii enim omnes Faunum Pici filium pro ſuo numine colebant, ut infra Cap. XXII. viſuri ſumus.

f *Sabini Sancum*: Aldus ex Ms. Taxaquetiano *Xanthum*. Multifariam hocce nomen detortum reperio tam in Lactantii libris, quam in Aliorum qui de Diis Gentium ſcripſere; ideoque & lectionem magis receptam, univerſalioremque retineo. Hercules enim ſic voca-

vocatus eſt Sabinorum lingua, ut ait Varro l. iv. de lingua lat. & Propert. l. iv. Eleg. x.

g *Romani Quirinum*: jam ſupra diximus, Romulum divinitate a Sociis donatum, quum diſparuiſſet, Quirinum fuiſſe appellatum, ad c. viii. & infra in hoc eodem Capite, & 21. ac clariſſime l.ii. c. 7.

9.

Eodem utique modo Athenæ Minervam, [a] Samos Junonem [b], Paphos Venerem [c], Lemnos Vulcanum [d], Naxos Liberum [e], Apollinem Delphi [f].

Sic

a *Athenæ Minervam*. Minervam, quæ, ut diximus, è Jovis aperto capite armata prodiit, Athenas condidiſſe, tradit Hyginus fab. ccxxv. quamvis alii fere omnes à Cecrope Rege conditas aſſerant; Quos tamen conciliare facile poteris, ſi dicas de Minervæ nomine appellatam fuiſſe Athenarum Urbem; Nam Græcis ex eo Athenas vocant, quod qua tempeſtate Cecrops Muros illius extruere ceperat, apparuiſſe, ajunt, olivæ arborem, ac ſimul aquæ fontem, de quibus, quid ſibi vellent, Apollo Delphicus interrogatus, reſpondit: Oleam Minervam, Aquam Neptunum ſignificare. Itaque Civibus utriuſque ſexus ad ſuffragium de nomine imponendo ferendum vocatis, quum mares pro Neptuno, fæminæ pro Minerva ſuffragia dediſſent, poſteriores vicerunt, quoniam una plus fæminarum ſuffragata Minervæ fuit; Quare & ab ea Athenarum arx appellata eſt, Sapientum

tum domicilium ; Sapientiæ Pritanèum , Græcia Greciæ &c.

b *Samos Junonem*. Samus una eſt ex Inſulis Cycladibus in Mari Aegeo contra Epheſum ſita, ubi primum vaſa fictilia facta fuiſſe perhibetur, & quorum Cives *literati* ex eo dicti ſunt, quia iis deficientibus, in eorum numerum ſervos ſtigmate notatos ad Rem publicam adminiſtrandam receperunt. Junonem coluerunt, Civem ſuam, cui Argonautæ Templum ibidem fundaſſe dicuntur, de qua iterum ad cap.xvii.

c *Paphos Venerem*. Urbium olim nobiliſſima, quæ in Aſiatico Mari Cypri Inſulam illuſtrabat; nunc penitus everſa, de qua Virg. L.1. æn. v. 429. Templum deſcribens, quod ibi celeberrimum Venus habuit ſic locutus eſt;

Ipſa Paphum ſublimis abit, ſedeſque reviſit
Læta ſuas : ubi Templum illi, centumque Sabæo.
Thure calent aræ, ſertiſque recentibus halant.

d *Lemnos Vulcanum*. Lemnus Inſula eſt in Mari Aegeo, quam aliquando fæminæ maribus omnibus occiſis, tenuiſſe dicuntur; ex ea Græcis in obſidione Trojæ vinum advectum fuiſſe, tradit Homerus, & Terra Lemnia, jam dudum celebris defertur. Vulcanus, illuc præcipitatus, propter deformitatem à Junone, fulmina, ut diximus, Jovi parat, quod ideo fictum eſſe creditur, quia in proximo Inſulæ aere fulmina quamplurima gigni obſervatum eſt.

e *Naxos Liberum*. Hæc etiam Inſula eſt Cycladibus addita, Paro vicina in Mari Aegeo, ubi oppidum eſt, a quo nomen habet. Dionyſinda a vinearum fertilitate dicta, juxta quam, a Theſeo derelicta Ariadna, ut ſupra diximus, Baccho nupſit, cui poſtea Templa ibidem ſacrata, & Italicum prover-

bium ortum eſſe dicunt, *è reſtato in aſſo*. Vide Erythraei libellum de Inſulis, & ejus indicem in Virgil. Aen. l. III. v. 125.

f *Apollinem Delphi*. Hæc ſatis ab iis illuſtrantur, quæ ad cap. VII. ſupra diximus. Al. *Delphas*.

10.

Sic per populos, atque regiones vana a ſacra ſuſcepta ſunt, dum grati homines eſſe in ſuos principes cupiunt, & quod b alios honores vita carentibus deferant, invenire non poſſunt.

a *Vana Sacra*. Sic cum Aldo ex Cod. Taxaquetiano legendum puto, ubi Alii legunt: *Varia Sacra*.

b *Et quod*. Ex eodem Ms. Cod. Al. *quos*.

11.

Præterea pietas eorum, qui ſucceſſerant, plurimum contulit ad errorem, qui (ut divina ſtirpe nati viderentur) divinos honores parentibus detulerunt a, deferrique juſſerunt.

An-

a *Parentibus detulerunt*. Hominum Apotheoſim iterum deſcribit Lactantius, quam antiqui privatam dicebant, & ea erat quum Conjuges a Conjugibus, Liberi a Parentibus, vel Parentes a Liberis ſuis conſecrabantur, & privata religione colebantur, vel Domi,

mi, vel in Patria, vel ubicumque aliquod inſigne opus præſtiterant. De Conjugum conſecratione exemplum illuſtre habemus in Charite apud Apulej: l. VIII. Metam. ubi legimus, Dies, noctesque totas in lachrymis inſumpſiſſe, & Imaginem viri ſui, quam illa ad habitum Dei Liberi efformaverat, affixo ſervitio, divinis honoribus percoluiſſe, quod ſolenne poſtea Civibus ſuis ſenſim evaſit.

12.

Anne poteſt aliquis dubitare, quomodo religiones deorum ſint inſtitutæ? quum apud Maronem legat Aeneæ verba ſociis imperantis:

> Nunc pateras libate Jovi, precibuſque vocate
> Anchiſen genitorem.

Cui non tantum immortalitatem, verum etiam ventorum tribuit poteſtatem:

> Poſcamus ventos, atque hæc mea ſacra quotannis: *
> Urbe, velit, poſita, templis ſibi ferre dicatis.

* Virg. l. v. a v. 59. Aen.

13.

Idem ſcilicet de Jove * Liber, & Pan, & Mercurius, & Apollo, fecerunt, ac po-

 ſtea

ſtea de his ipſis ſucceſſores eorum. Acceſſerunt etiam poetæ: & compoſitis ad voluptatem carminibus, in cælum eos ſuſtulerunt: ſicut faciunt, qui apud reges etiam malos panegyricis mendacibus adulantur [b].

---

a *Liber*, *& Pan*. De Diis heic memoratis, jam ſupra mentionem fecimus; Pan quis nam fuerit, dicamus. Pindaro itaque teſte Pana ex Penolope filius fuit in Arcadia genitus, Hortorum, Nemorumque cuſtos, cui deinde Paſtores ſacrificare conſueverunt, ut lupos a Gregibus eorum depelleret. De eo Hyg. fab. cxcvi. ait; Dii in Aegypto quum Typhonis immunitatem metuerent, Pan juſſit eos, ut in feras beſtias ſe converterent, quo facilius eum deciperent, quem Jovis poſtea fulmine interfecit. Pan Deorum voluntate, quod ejus monitu vim Typhonis evitarant, in aſtrorum numerum relatus, & quod ſe in Capram eo tempore converteret, inde Aegocerus eſt dictus quem nos Capricornum dicimus. De eo plurima ſcitu non indigna vide apud Huet. in demonſt. Evang. c. viii Propoſ.4. num.4.,& diſſ. noſtram xxvii. cap.v. ſ.iii.

b *Panegyricis mendacibus adulantur*. Lactantii noſtri temporibus vitium hocce Oratoribus ſolenne fuit; Tunc enim dicti ſunt Panegyrici impiis etiam, & ſceleratis Imperatoribus, a Mamertino, Eumenio, aliiſque; quos ſuppreſſo nomine heic vellicat noſter Author.

14.

Quod malum a Græcis ortum eſt: quorum levitas inſtructa dicendi facultate, & co-

& copia, incredibile eſt quantas mendaciorum nebulas excitaverit. Itaque admirati eos, & ſuſceperunt primi ſacra illorum, & univerſis gentibus tradiderunt.

15.

Ob hanc vanitatem a Sibylla ſic eos increpat.

Ἑλλὰς δὰ τί πέποιθας ἐπ' ἀνδράσιν ἀγεμόνασι;
Πρὸς τί δὲ δῶρα μάταια καταφθιμένοις ἀνατίθης;
Θύεις εἰδώλοις; τίς τοι πλάνην βάλεν ἐν νῷ,
Ὥστέ σε τάδε ποιεῖν μεγάλοιο θεοῖο προσώπου
Λειπομένου.

---

a *Sibylla ſic eos increpat.* Carmina hæc diverſimode apud alios leguntur, ſenſus autem omnium idem fere eſt, quem latine ſic accipe ex Codice 111. Ottoboniaho, nunc Vaticano. Vide Gallæum heic, Carm. Sibyl. p.444., & Betul. heic.

Græcia quid confidis in viros Principes?
Ad quid dona inania mortuis dedicas?
Immolas Idolis, quis tibi errorem impoſuit?
Ut hæc efficias Magni Dei facie relicta.

16.

M. Tullius, qui non tantum perfectus orator, ſed etiam philoſophus fuit, ſiquidem ſolus

ſolus extitit Platonis imitator: [a] in eo libro quo ſeipſum de morte filiæ conſolatus eſt, non dubitavit dicere, Deos qui publice colerentur, homines fuiſſe.

a *In eo libro*. De eo aliqua diximus ad cap. v. verba quæ ſequuntur, etſi interpolata in editione noſtra, qua utimur, habentur pag. 1358. prope finem primæ columnæ.

17.

Quod ipſius teſtimonium eo debet graviſſimum judicari, quod & [a] Augurale habuit Sacerdotium, & eoſdem ſe colere, venerarique teſtatur.

Ita-

a *Augurale habuit Sacerdotium*. Cicero non ſolum ann. V. C. 684. Q. Hortenſio, & Q. Cæcilio Metello Cretico Coſſ. ætat. ſuæ ann. XXXVIII. Aedilis fuit, & ludos, quos Sanctiſſimos dixit, maximo cum cæremoniarum apparatu Cereri, Libero, Liberæque egit; Verum etiam anno Sæculari DCC. Gn. Domitio Calvino, & M. Valerio Meſſala Coſſ. Augur factus eſt, eumque a toto Collegio expetitum, Gn. Pompejus, & Q. Hortenſius nominarunt. Hocce Augurum Collegium initio ſuo ex paucis conflatum, ſenſim ad XXIV. viros Senatores auctum, tantæ erat authoritatis, ut lege XII. tabularum Statutum eſſet, ne aliquid ſine eorum conſilio fieret. *Omnium Magiſtratuum auſpicium, judiciumque eſto*.

Intra

Itaque intra paucos verſiculos ₐ duas res nobis dedit. Nam dum imaginem filiæ eodem ſe modo conſecraturum eſſe profiteretur, quo illi a veteribus ſunt conſecrati : & illos mortuos eſſe docuit , & originem vanæ ſuperſtitionis oſtendit .

a *Intra paucos verſiculos* . Cicer. ad Brut. Epiſt. XIV. *Epiſtolæ hæres tribus verſiculis* .

19.

Quum vero, inquit , * *& mares, & fœminas complures ex hominibus in deorum numero eſſe videamus , & eorum in urbibus, atque agris ₐ auguſtiſſima delubra veneramur: eſſentiamur eorum ſapientiæ , quorum ingeniis & inventis , omnem vitam legibus, & inſtitutis excultam* [b] , *conſtitutamque habemus* . . . .

* Cicer. Conſ. poſt Mortem Filiæ .

a *Auguſtiſſima delubra* . In mea Editione . *Templa*.

b *Conſtitutamque habemus* . Heic puncta interponenda curavi , ut indicarem aliqua eſſe interpoſita, ante quam continuetur oratio .

20.

Quod ſi ullum unquam ₐ animal conſecrandum

a *Conſecrandum fuit* . Poſt hæc ſtatim ſequitur in noſtra editione . *Qualia multa conſecraverunt Aegyptii,*

dum fuit; illud profecto fuit [b]. *Si Cadmi, aut* [c] *Amphionis progenies, aut Tyndari* [d] *in cœlum tollenda fama fuit: huic idem honos certe dicandus eſt; quod quidem faciam: teque omnium optimam, doctiſſimamque, approbantibus Diis immortalibus ipſis in eorum cœtu locatam, ad opinionem omnium mortalium conſecrabo.*

For-

---

ptii, quod nullum profecto fuit. Si Cadmi &c. Sed habeas pro gloſſemate; Nam ibidem pag. 1377. ubi hocce fragmentum ex Lact. MMss. Codicib., deſcribitur, verba illa minime leguntur.

b *Si Cadmi*. Cadmus Agenoris Thebarum Regis, & Argiopes filius, ex Hormonia Martis, & Veneris nata, quinque ſuſcepit liberos, ſcl. Semelem, Ino Agaven, Autonoen, & Polydorum, qui omnes in Dracones juxta Hyginum fab. VI., at juxta Hephæſtionem apud Photium pag. mihi 473. in Leones, ſunt converſi.

c *Amphionis progenies*. Etſi Aldus, Iſæus, Bunem:, Gallæus, Langlet, Heum: Thomaſis; Sigonius, Schottus, Betuleius, Thyſius, aliique Plures, legant, *Amphitryonis*, quia filius ejus Hercules in Deorum numerum eſt relatus, non autem *Anphionis*, quia tota ejus Progenies, Apollinis, & Dianæ Sagittis percuſſa interiit, & calamitatis, non divinitatis argumenta reliquit; tamen nihil immutandum judico; Nam tam in Mss. Codd., quam editis quampluribus; & in Cicer. fragmento, ſuperius laudato, ſic conſtanter lego; & lectio optima eſt; Nam de animalibus conſecratis Cicero Sermonem inſtituerat, & Cadmi & Am-

Amphionis progeniem per *ET* particulam copulativam, etiam aliqua ſimilitudine copulare debuerat; quod & fecit, nam Amphion ex Niobe, ſeu Io, ultra filios ab Apolline, & Diana occiſos, duos alios ſuſcepit, Argum ſcilicet juxta Hyginum fab. CXLV., & ex Euſeb. Chron. *Apim. Niobe*, verba ſunt Chroniſtæ, *primæ omnium mulierum mixtus eſt Jupiter, ut Græci perhibent, de qua naſcitur Apis, quem Serapin cognominant*. Si ergo *Amphitryonis* legere alii malunt, quia ei Alcumena ex Jove peperit Herculem, in Deorum numerum relatum, quare nos lectionem immutabimus, ſi etiam Amphioni Niobes ex Jove filium peperit, divino ab Aegyptiis honore dignatum; & quidem ſub bovis figura?

d *Aut Tyndari*. De Tyndaro, ejuſque filiis, jam ſupra ad cap. v., & x. locuti ſumus?

21.

Fortaſſe dicat aliquis [a] præ nimio luctu deliraſſe Ciceronem. Atqui omnis illa oratio, & doctrina, & exemplis, & ipſo loquendi genere perfecta, non ægri, ſed conſtantis animi, ac judicii fuit, & hæc ipſa ſententia nullum præfert indicium doloris.

Ne-

a *Præ nimio luctu*. Id, quod ſibi ab Ethnicis reponi poterat hæic occupat ſolerter Lactantius, memor eorum, quæ Cicero l. IV. Tuſc. quæſt. ſcripſerat. Scl.. *Conſolationis librum in medio (non enim ſapientes eramus) mærore, & dolore conſcripſimus*.

De

Neque enim puto illum tam varie, tam copioſe, tam ornate ſcribere potuiſſe, niſi luctum ejus, & ratio ipſa & conſolatio amicorum, & temporis longitudo mitigaſſet.

23.

Quid? quod idem dicit in libris [a] de Republica? idem de gloria? Nam de Legibus, quo in opere Platonem ſecutus eſt, leges voluit ponere, [b] quibus putaret, uſuram eſſe juſtam, & ſapientem civitatem: de religione ita ſanxit: *Divos, & eos, qui cœleſtes ſemper habiti ſunt, colunto: & illos, quos in cælo [c] merita locaverunt, Herculem, Liberum*

a *De Republica . . . de gloria*. Ciceronis libri ſub hiſce titulis interciderunt.

b *Quibus putaret, uſuram eſſe juſtam, & ſapientem civitatem*. In eo libro Tullius ad imitationem Platonis eas conſcripſit leges, quibus ipſe putavit, omnem Civitatem juſtam, & ſapientem uti debuiſſe, vel ſaltem deinceps uſuram eſſe. En ſenſus obvius Authoris noſtri, quem quiſque facile deprehendet. Ad ridiculam enim impiamque Gallæi, Walchii, aliorumque expoſitionem hujuſce loci, ſatis, ſuperque diximus in diſſ. noſtra prævia XXVIII. cap. IV. §. XIV.

c *Merita locaverunt*. Al. *collocaverunt*. Al. ut teſtatur Muretus apud Iſæum. *Quos endo Cælo merita vocaverint*, & approbat Fulvius Urſinus.

Si

berum; *Aeſculapium*, *Pollucem*; *Caſtorem*, *Quirinum*.

24.

Item in Tuſculanis, quum diceret, totum pene cælum humano genere completum: [a] *Si vero*, inquit, *ſcrutari vetera, & ex illis ea, quæ ſcriptores Græciæ prodiderunt eruere coner*, [b] *ipſi illi* [c] *majorum gentium dii, qui habentur, hinc a nobis profecti in cælum reperientur*.

a *Si vero* Al. *ſi voluero*. Al. *ſi viro*. male.

b *Ipſi illi majorum Gentium Dii*. Memento eorum, quæ diximus ad caput v. de differentia Deorum.

25.

Quære, quorum demonſtrantur ſepulchra in Græcia; reminiſcere [a], *quoniam es initiatus, quæ traduntur myſteriis: tum denique, quam hoc late pateat, intelliges*.

a *Quoniam es initiatus*. Id eſt Sacris imbutus. Nam etiam apud Ethnicos arcani erat diſciplina, de qua egimus diſſ. xxix. c. xi. §. iv.

26.

Teſtatus eſt [a] videlicet Attici conſcientiam, ex

a *Videlicet Attici conſcientiam*. Hinc Iſæus vellet per

ex ipſis myſteriis intelligi poſſe, quod omnes illi homines fuerint, qui coluntur, & quum de Hercule, Libero, Aeſculapio, Caſtore, Polluce, incunctanter [b] fateretur: de Apolline, ac Jove patribus eorum; item de Neptuno, Vulcano, Marte, Mercurio, quos [c] majorum gentium deos appellavit, [d] timuit aperto confiteri.

Et

---

per literam *A.* Atticum intelligi in quæſtionibus Tuſcul. contra id, quod ſenſit Lambinus, & Robertellus, qui aut Auditorem. aut Adoleſcentem ſignificare contendunt ex eo, quod Atticus jam ſenex erat, quum Cicero, ſe cum juvene diſputare profiteatur; At in Dialogis Perſona, non ætas ſpectanda eſt; nam ſæpe ſenes in primo ſuæ ætatis flore repreſentantur, ut quales tunc erant, poſſit facile cognoſci, & laudem inde, ſeu vituperationem conſequantur.

b *Incunctanter*. Vox eſt, quam aliqui putant minus latinam; nam Livius l.1. c.36. non *incunctanter*, ſed *haud cunctanter* ſcripſit; eam Sæpe uſurpat Cyprianus, & Martianus Capella; imo quidam Lucretii Codices nec diſplicet Preigero.

c *Majorum Gentium Deos*. Diverſimode ab aliis heic Cicero diſtinguit majores inter, & minores Deos ſed ideo, quia de Deabus fæminis non loquitur.

d *Timuit aperto confiteri*. Hujus timoris in Cicerone ſuborti rationem reddit Noſter cap.111. l.11. ubi quid de Diis Gentium ſentirent Philoſophi, ac ſapientes viri manifeſtiſſimis argumentis Lactantius demonſtrat.

Deus

27.

Et iccirco ait, *late hoc patere*; ut idem de Jove, cæteriſque antiquioribus diis intelligamus, quorum memoriam ſi eadem ratione veteres conſecraverunt, qua ſe imaginem, nomenque filiæ conſecraturum eſſe dicit, ignoſci mœrentibus poteſt, credentibus non poteſt.

28.

Quis enim tam demens, qui conſenſu, & placito innumerabilium ſtultorum, aperiri cælum mortuis arbitretur? aut aliquem, quod ipſe non habeat, dare alteri poſſe?

29.

Apud Romanos [a] Deus Julius, quia hoc, ſcelerato homini placuit Antonio: [b] Deus Quirinus, quia hoc paſtoribus viſum eſt: quum al-

a *Deus Julius, quia hoc, ſcelerato homini placuit Antonio*. Facile hinc Lactantius deprehenditur Pompejanus, qui M. Antonium Julii Cæſaris amicum, Pompeii, & Ciceronis Perſecutorem, appellat ſceleratum. Cauſſam quære in diſſ. noſtra 11. Cap.ii. interea Plinii Sententiam accipe ex cap.xI. Paneg. ad Trajanum, quæ mirifice Lactantii locum illuſtrat judice Cellario. *Dicavit cælo Tiberius Auguſtum, ſed, ut*

alter germani fratris extiterit, aliter [c] patriæ parricida:

ut Majeſtatis nomen induceret. Claudium Nero, ſed ut irrideret. Veſpaſianum Titus; Domitianus Titum; ſed ille ut Dei filius, hic, ut frater videretur. Vide ibidem eruditas de la Baune notas. De Julii Cæſaris apotheoſi in hoc eodem capite locuti ſumus.

b *Deus Quirinus*. De Romuli apotheoſi ſupra jam locuti cap. VIII. ſumus, quem fratrem ſuum occidiſſe, traditum eſt ab Hiſtoricis; Ideoque hæc a Lactantio dicitur *germani fratris*, vel ut alii legunt: *gemini fratris parricida*; uterque enim iiſdem genitoribus una eademque die geniti fuerunt.

c *Patriæ Parracida*. Cicero l. III. Officiorum, de libertate Populi Romani a Julio Cæſare, imperandi libidine violata, loquens ait: *Poteſt enim, Dii immortales, cuiquam eſſe utile fœdiſſimum, & teterrimum parricidium Patriæ, quamvis is, qui ſe eo obſtrinxerit, ab oppreſſis Civibus parens nominetur.*

30.

Quod ſi Cos. non fuiſſet Antonius, C. Cæſar pro ſuis in Rempublicam meritis [a] etiam defuncti hominis honore caruiſſet,

a *Etiam defuncti hominis honore caruiſſet.* In conjurationibus hoc contingere ſolitum, ut occiſo Tyranno, cadaver ejus plebis furore omni efficiatur dedecore; quod Julio Cæſari trucidato contigiſſet, niſi M. Antonii Cónſulis id fieri prohibuiſſet authoritas. Sueton. in Jul. Cæſ. n. 83. ait: *Fuerat animus Conjuratis,*

ſet, & quidem [b] conſilio Piſonis ſoceri, & L. Cæſaris propinqui: qui vetabant funus fieri: & [c] Dolabellæ Cos. [d], qui columnam in foro, id eſt, titulum ejus evertit, ac forum expiavit.

Q 2 Nam

ratis, Corpus occiſi in Tiberim trahere, bona publicare, acta reſcindere; ſed metu M. Antonii Conſulis, & Magiſtri equitum Lepidi, deſtiterunt, & infra n.84. *Laudationis loco Conſul Antonius per præconem pronunciavit Sen. Conſ. quo omnia divina ſimul, & humana decreverat.*

b *Conſilio Piſonis Soceri, & L. Cæſaris Propinqui.* Hi pro libertate Reipublicæ ſtabant; & de Lucio Piſone Calpurnio, Cæſaris Socero, id confirmat Cicero Philip. XII. §.16. De L. Cæſare vero L.IX. Epiſt. 14. ad Dolabel.

c *Dolabella Coſ.* Hic Gener Ciceronis fuit, & eodem anno, quo Cæſar interfectus, hic illi ſuffectus eſt: Erant enim Conſules Cæſar, & M. Antonius; At Cæſar in Parthos cogitans, ſibi Dolabellam, ſi ipſe in expeditione obiiſſet, Conſulem ſubſtituit. Sed a conjuratis occiſus, aliter quam putaverat, in eum Conſulatum ſuum tranſmiſit. Flor. IV. c.3.

d *Qui columnam in foro, id eſt, titulum.* Sic omnes, quos vidimus Al. *tumulum* Suetonius num. 85. *ſolidam columnam prope* XX. *pedum lapidis Numidici in foro ſtatuit, ſcripſitque:*

PARENTI PATRIÆ.

Hocce titulum, hancque columnam Dolabella Conſul evertit, quod factum magnopere laudat Cicero Phil. I. num.V. Everſio *illius execratæ columnæ*, quam etiam *Buſtum* paullo ſupra appellaverat. Vide etiam Epiſt. Cicer. ad Att. XIV., & XV. *O Ro-*

Nam Romulum deſiderio ſuis fuiſſe, declarat Ennius, apud quem populus amiſsum regem dolens, hæc loquitur: [a]

O Romule Romule dic, ò, *
Qualem te patriæ cuſtodem dii generarunt?
Tu produxiſti nos intra luminis óras.
O pater, o genitor [b], o ſanguen diis oriundum.

a *O Romule Romule dic: ò.* Fulvius Urſinus pro verbo *Dic* legendum putat *Die*, id eſt, *Divine*: Quaſi ἀπὸ τοῦ Διός Scl. *a Jove Genitus*, vel quia veteres in ſingulari *Dium* dicebant *Deum*. Vide Sypont. in Cornuc. L.L. col. xv. num. 66. &c. Sctiverius vero in frag. Ennianis ſuo charectere ad oram libri ſcripſit: *lego DICE pro DIC*, ut *FACE* pro *Fac* &c. Urſini conjecturam magni facio, quam omnino adoptarem ſi exemplar aliquod illam mihi exhiberet lectionem, Enniano ſæculo valde conſonam.

* Enn. l. 11. Annal.

b *O Sanguen Diis oriundum*. Al. *O Sanguine*. Al. *O Sanguinem*. Omnino male, & nonniſi ex ignorantia. Veteres enim latini, non ſolum *hic Sanguis* dicebant, ſed etiam hoc *Sanguen* teſte Arnob. l. 1., & Comment. ibidem. Idem Cicer. de finib. c. 11. *quis eſt*, ait, *cui mors quum approprinquet non refugiat Sanguen, atque albeſcat?* ut optime vidit Bunem.

32.

Ob hoc deſiderium facilius [a] creditum eſt Ju-

a *Creditum eſt Julio Proculo*. Plutarchus in Paral-

Julio Proculo mentienti, qui [b] ſubornatus a patribus eſt, ut [c] nuntiaret plebi ſuæ, vidiſſe ſe regem humano habitu auguſtiorem, eumque mandaſſe ad populum, ut ſibi delubrum fieret: [d] *ſe Deum eſſe, & Quirinum vocari.*

---

ralleli hunc hominem vocat Aetium Proculum ex Ariſtobuli ſententia, dicitque virum fuiſſe primarium, & a Romulo plurimum dilectum. Proculi autem, ut notat Godeler. ad Livium, ii dicuntur, qui procul agente patre nati ſunt ex Alex. ab Alex. l. 1. c. 9.

b *Subornatus à Patribus* Al.. *ſubordinatus*. Peſſime. S. Auguſtinus L. III. de Civ. Dei c. xv. *ſubornatum neſcio quem Julium Proculum*. Et quidem ad Plebem ſedandam, quæ Romuli deſiderio commota, ſeditionem moliebatur. Ji, qui Romulum interfecerant, & diſſecto ejus corpore in minutiſſimas partes ſub veſtibus aſportaverant, hoc conſilio ſunt uſi, Dionyſ. Halicar. l. II. valer. Max. l. v. c. 3. Auguſt. ubi ſupra. Cicer. de leg. lib. 1.

c *Nunciaret Plebi ſuæ*. *Tò ſuæ* Cellarius perperam additum putat, quia ſuo exemplari deerat: nos in noſtris illam invenimus; & in Proculi Concione apud Liv. L. 1. c. xvi. ex Romul. perſona dictum legimus. *Cæleſtes ita velle, ut mea Roma caput Urbis ſit.*

d *Se Deum eſſe*. Sic Cicer. L. 1. de leg.

33.

Quo facto & ipſi populo perſuaſit, Romulum ad deos abiiſse: & ſenatum ſuſpicione cædis regiæ liberavit.

CAP. XVI.

1.

POteram iis, quæ retuli, eſse contentus: ſed ſuperſunt adhuc multa ſuſcepto operi neceſsaria.

2.

Nam quamvis ipſo [a] religionum capite deſtructo, univerſa ſuſtulerim: licet tamen proſequi cætera, & redarguere plenius inveteratam perſuaſionem: ut tandem homines ſuorum pudeat, ac pœniteat errorum.

a *Religionum capite deſtructo*. Religio, ut ait Cicero L. 11. de Invent. *Eſt quæ ſuperioris naturæ, quam divinam vocant, curam, cæremoniamque affert*: ſublata ergo de Deorum multiplicitate opinione, jam de medio Religiones tolluntur; ut veræ Religioni locus integer fiat, quæ, ſicuti Deus unus eſt, una fides, unum Baptiſma; ita una, ſancta, & ab omni turpidine immunis debet eſſe Religio; alias enim in ſuperſtitionem degenerat.

3.

Magnum hoc opus, & homine dignum;
Relligionum animos [a] nodis exolvere pergo,

ut

a *Religionum*. Scl. plurimorum Deorum; nam in plurali numero Religio apud veteres ſemper in malam par-

(ut ait Lucretius) * qui quidem hoc efficere non poterat: quia nihil veri [b] afferebat. Noſtrum eſt hoc officium, qui & verum Deum aſſerimus, & falſos refutamus.

---

partem accipiebatur, & eleganter *nodis Religionum exſolvere* dixit Lucretius, qui etsi veram non cognovit; falſas tamen irriſit in ſex de Rerum Natura libris, in quibus Epicuri, atque Empedoclis phyſicam ſecutus, cæteris omnibus eſſet Poetis Ethnicis anteponendus, niſi obſoleta ſæpe verba uſurpaſſet, & obſcena quædam pertractaſſet liberius. Amatorio poculo in furorem actus, ſibi vim intuliſſe fertur ann. ætatis ſuæ XLIV. olym. CLXXI. ann. II., ut habet Euſeb. in Chron.

* Lucr. L.1. v.931.

b *Afferebat* Al. *aſſerebat*,

4.

Illi ergo, qui poetas finxiſse de diis fabulas opinantur, & deas fæminas eſse credunt, & colunt: revolvuntur imprudentes ad id, quod negaverant, coire illos, ac parere.

5.

Nec enim fieri poteſt, quin duo ſexus generandi cauſſa ſint inſtituti. Recepta vero ſexuum diverſitate, non intelligunt conſequens eſse, ut concipiant: quod in Deum cadere

Q 4 non

non poteſt, [a] ut iſti putant, nam & Jovis eſſe filios dicunt, & cæterorum deorum.

a *Ut iſti putant* Al. *Sed ut iſti*. Al. *ſecus ut iſti*. Al. *ſecundum ut*.

6.

Naſcuntur ergo & quotidie quidem dii novi: nec enim vincuntur ab hominibus fæcunditate. Igitur deorum innumerabilium plena ſunt omnia, nullo ſcilicet moriente.

7.

Nam quum hominum [a] vis incredibilis, numerus ſit [b] inæſtimabilis, quos tamen, ſicuti naſcuntur, mori neceſse eſt: quid deorum eſse tandem putemus, qui tot ſæculis nati ſunt, immortaleſque manſerunt?

a *Vis incredibilis* Sil. multitudo; eleganter.
b *Inæſtimabilis* Al. *inexſtimabilis*; vox Lactantio ſæpe uſitata.

8.

Cur ergo tam pauci coluntur? niſi forte arbitramur, non generandi cauſſa, ſed tantummodo capiendæ voluptatis duos eſſe ſexus deorum, & ea exercere, quæ homunculos & facere, & pati pudet.

Quum

9.

Quum vero dicantur aliqui ex aliquibus nati: conſequens eſt, ut ſemper naſcantur, ſiq idem aliquando ſunt nati: vel ſi aliquando naſci deſierunt, ſcire nos convenit, cur, aut quando deſierint.

10.

Non illepide Seneca[a] in libris moralis philoſophiæ: *Quid ergo eſt*, inquit, *quare apud poetas ſalaciſſimus*[b] *Jupiter deſierit liberos tollere*[c]? *Utrum ſexagenarius*[d] *factus eſt, & il-*

---

a *In libris Moralis Philoſophiæ*. Al. *in libris moralibus Phiſophiæ*. Sed prave. Idem Seneca Ep. CVI. & CIX. ad Lucil. *Perſolvi*, ait, *quod exegeras, quamquam in ordine rerum erat, quas moralis philoſophiæ voluminibus complectimur*. Infra l. II. c. 2. L. VI. c. 14., & c. 17.

b *Salaciſſimus*. Id eſt. *libidinoſiſſimus*. Al. *fallaciſſimus*.

c *Liberos tollere*. Heic tollere idem eſt ac ſuſcipere, & tamquam ſuos agnoſcere. Nam niſi Pater, vel eo abſente, ejus procurator, puerum ab obſtetrice in terra poſitum, ſuſtuliſſet, ac ſinui ſuo impoſuiſſet, legitimus non habebatur. Dempſterus ex Papinio Stat. l. II. Sylv. I. v. 79.

. . . . *Sed protinus alvo.*
Suſtulit exultans, ac prima lucida voce.
Aſtra ſalutantem Dominus ſibi mente dicavit,
Amplexuſque ſinu tulit, & genuiſſe putavit.

Sexa-

& illi lex Papia fibulam f impoſuit ? g an impetravit g jus trium liberorum ? An tandem illi venit in mentem h : AB ALIO EXPECTES ALTERI QUOD FECERIS *? & timet ,*
ne

---

d *Sexagenarius factus eſt* . Sexagenariis Romæ aliquando uxores ducere fuit vetitum , aliquando etiam turpe . Vide Alex. ab Alex. L.IV. c.22.

e *Et illi lex Papia* . Lex Papia ſic dicta eſt a M. Papio Mutilo Romano Cive , qui quum Conſul ann. ab v. c.762.eſſet una cum Q.Poppeo Sabino legem tulit multis capitibus diſtinctam , inter quæ illud etiam erat: ne Mulier quinquaginta annis minor ſexagenario nuberet ; Nec vir minor ſexaginta quinquagenariam duceret . Vide Heinec. Adpen. L.i. Antiq. R.xxxvii.

f *Fibulam impoſuit* ? Per metaphoram dictum eſt de iis, quibus ob ingraveſcentem ætatem , vel ob morbum aliquod vetitum eſt nubere . Niſi velis deductum eſſe ab ea fibula , quæ addita fuit Servorum quorundam genitalibus, ut oſtendit Pignorius de Servis . Iſæus Celſum laudat , ubi de jvuenibus infibulandis agit, & Martialem L.IX. Ep.28. in qua verbum *refibulare* legitur : eos adi ſi lubet . Vide etiam Caſalium *de anq. Rom. Ritib.*

g *Jus trium Liberorum* . Privilegia , & immunitates dabantur a Romanis in favorem propagationis Parentibus tres filios habentibus ; de quibus Vide in L.1. Cod.*Qui num. lib.ſe excuſ.* . L.1. *de jure Lib. &c.* Petiſc. in Lex. litt.F.

h *Ab alio expectes alteri quod feceris?* Adagium eſt ex naturali lege profluens . Quod tibi fieri non viſ.; cave , ne alteri feceris . Nam ab alio expectandum eſt, quod tu feceris alicui .

Quod

ne quis ſibi faciat , quod ipſe Saturno [i] ?

i *Quod ipſe Saturno* . Scl. Patri ſuo , cui , ut diximus ſupra , virilia amputavit .

11.

At iſti , qui deos aſſerunt , [a] videant quomodo reſpondeant huic argumento , quod inferemus : Si duo ſunt ſexus deorum , ſequitur concubitus : & ſi coeunt , & domos habeant neceſſe eſt , nec enim carent virtute , ac pudore , ut hoc promiſcue , aut in propatulo faciant , ſicut muta videmus facere animalia .

a *Videant quomodo reſpondeant huic argumento* . Walchius ait heic : *Hoc argumentum nullius ponderis , nullius momenti eſt* . Et ita quidem videri iis omnibus neceſſe eſt, qui Cynicam ſectam profiteatur .

12.

Si domos habent , conſequens eſt , ut & urbes habeant , & quidem authore Naſone , qui ait :

Plebs habitat diverſa locis : a fronte potentes
Cælicolæ , clarique ſuos poſuere penates .

Si

13.

Si habent urbes, & agros igitur habebunt. Jam quis non videat, quæ ſequantur arare illos, & colere: quod quidem victus cauſſa ſit, ergo mortales ſunt?

14.

Quod argumentum retroverſum idem valet: ſi urbes non habent, ne domos quidem: ſi domibus carent, ergo & concubitu: ſi concubitus ab his abeſt, & ſexus igitur fæmineus: in diis autem videmus & fæminas eſſe: ergo dii non ſunt.

15.

Diſſolvat hoc argumentum, ſi quis poteſt. Ita enim res rem ſequitur, ut hæc ultima neceſſe ſit confiteri.

16.

Sed ne illud quidem diſſolvet aliquis: Ex duobus ſexibus alter fortior, alter infirmior eſt [a]: robuſtiores enim mares ſunt, fæminæ im-

a *Robuſtiores enim mares ſunt &c.* Plato de Republ. l. v. ait *Mulieres ad res omnes obeundas, æque ac viros idoneas, niſi quod viribus ſunt infirmiores*; cujus proprie-

imbecilliores : Imbecillitas autem non cadit in Deum : ergo nec fæmineus ſexus .

prietatis rationem eam Phyſici reddunt , quia in viris calor quam in fœminis major eſt .

17.

Huic additur ſuperioris argumenti extrema illa concluſio , ut dii non ſint : quoniam in diis & fæminæ ſunt .

CAP. XVII.

1.

OB has rationes , Stoici [a] alioverſus deos interpretantur , & quia non pervident, quid ſit in vero , conantur eos cum rerum naturalium ratione conjungere , quos Cicero ſecutus , de diis, ac religionibus eorum hanc ſententiam tulit :

a *Alioverſum* . Al. *alio verſu* . Vox antiqua eſt qua Plaut. utitur in Aular. Fellterus eam habet pro recepta in ſuppl.

2.

Videtiſne igitur , ut a phyſicis rebus [a] *bene*

a *A Phyſicis rebus* . Superius ad cap. XI. de hac Stoicorum Sententia aliqua diximus ; at heic animadver-

ne, atque utiliter inventis tracta ratio ſit ad commentitios, ac fictos deos: quæ res genuit falſas opiniones, erroreſque, turbulentos, ſuperſtitiones penè aniles. Et formæ [b] *enim deorum nobis, & ætates, & veſtitus, ornatuſque noti ſunt: genera præterea, coniugia, cognationes omnes, omniaque traducta ad ſimilitudinem imbecillitatis humanæ.*

3.

Quid planius, quid verius dici poteſt? Romanæ

vertimus cum Stanlejo P. VII. Doctr. Stoic. cap. XVII. Stoicorum de Diis doctrinam IV. capitibus conſtare. *Primum* docent eſſe Deos. *Deinde* quales ſint. *Tertio* Mundum ab eis adminiſtrari. *Demum* conſulere eos rebus humanis. Et ex Plutar. de Contrad. Stoicor. habemus, docuiſſe Chryſippum, eſſe Deos, qui naſcantur, & intereant, & qui generationis ſint expertes. Vide Plin. L. II. cap. 7. Lactantio noſtro præeuntem.

b *Formæ enim Deorum &c.*. Unicuique ex Numinibus ſua erat Forma, ſeu Imago, quarum plurimas nobis exhibuit Albricus Philoſoph. in libello de Deorum imaginibus, & Vincentius Chartarius Rhegienſis, qui Italicè librum ſatis eruditum ſub hoc titulo vulgavit: *Immagini degli Dei* in 4. Ven. 1566. quem ſi videre cupis, cura ut habeas præſtantiſſimam hujuſce operis editionem Patavii factam an. 1615. cum Laurentii Pignorii auctario, & diſſertatione de Diis utriuſque Indiæ, Cæſariſque Malfatti allegoriis. Chartarius noſter, Italis *Cartari* ab Ortelio dicitur *Catarro*, a Geſnero autem, & a Draudio *Carturio*.

Ro-

manæ philoſophiæ [a] princeps, & ampliſſimo Sacerdotio præditus, commentitios, ac fictos deos redarguit, quorum cultus, ſuperſtitiones penè aniles eſſe teſtatur: falſis opinionibus, erroribuſque turbulentis implicatos eſſe homines queritur.

---

a *Romanæ Philoſophiæ Princeps, & ampliſſimo Sacerdotio præditus.* Sic tertio appellatur Cicero, qui Romæ Græcorum Philoſophiam intulit, ac uberrime de omni eorum diſciplina diſputavit. Sacerdotio præditus ampliſſimo, Scil. Augurali, ut ſupra notavimus ad cap. XVI.

4.

Nam totus liber tertius de natura deorum omnes funditus religiones evertit, ac delet. Quid ergo a nobis expectatur amplius? Num eloquentia ſuperare poſſumus Ciceronem? minime id quidem: ſed fiducia [a] illi defuit ignoranti veritatem, quod ipſe ſimpliciter in eodem opere confitetur. Ait enim facilius ſe poſſe dicere quid non ſit, quam quid ſit: hoc eſt, falſa ſe intelligere, vera neſcire [b].

Cla-

---

a *Sed fiducia illi defuit.* Id eſt, audacia, & ſecuritas, qua opus erat, ad falſas Deorum opiniones ex Ethnicorum mentibus eliminandas.

b *Vera neſcire.* Cicero enim ait: *Utinam tam facile vera invenire poſſem, quam falſa convincere.*

Iſis

5.

Clarum eſt igitur, homines fuiſſe illos, qui dii putantur, & eorum memoriam poſt mortem conſecratam eſſe. Ideo etiam ætates diverſæ ſunt, & certæ imagines ſingulorum, quod in eo habitu, & ætate ſingulorum ſimulachra configurata ſunt, in qua quenque mors deprehendit.

6.

Conſideremus (ſi placet) ærumnas infelicium Deorum [a] Iſis filium perdidit [b]: Ceres filiam: expulſa, & per orbem terræ jactata [c] Latona; vix inſulam parvam, in qua pareret, invenit:

a *Iſis filium perdidit*. Infra cap. xxi. de ea, & ejus filio ſermo erit, ne eadem iterum repetamus; Interea vide quæ dixim. ad cap. xi.

b *Ceres Filiam*. Scil. Proſerpinam, de qua ibidem.

c *Latona*. Scl. Solis, & Lunæ Mater Poli filia, quæ ex Jove gravida, Pythonis agitata inſidiis in inſula Ortygia, poſtmodum Delos dicta, Apollinem, & Dianam geminos eſt enixa: Hyg. fab. cxl.

7.

Deum mater [a] & amavit [b] formoſum adolo-

a *Deum Mater*. Cybeles, quam diximus Veſtam eſſe

loſcentem:& eundem [c] cum pellice deprehenſum exectis virilibus [d] ſemivirum reddidit: & ideo nunc [e] ſacra ejus [f] a Gallis ſacerdotibus

---

eſſe, & Terram, & Berecynthiam, & ignem, Mater dicta eſt Deum, quia Titanes primum contra Saturnum, deinde Gigentes contra Jovem peperiſſe dicitur. Vide diſſ. xxvii. cap. iii. ſ. iii.

b *Formoſum adoleſcentem* &c. Scl. Atyn Phrygium a Cybele amatum hac conditione; ne alieno umquam ſe amore capi ſineret.

c *Cum Pellice deprehenſum*. Videlicet Sangaride Nympha.

d *Semivirum reddidit.* Fulgen. Mythol. l. iii. c. 5. *Berecyntia enim Mater Deorum Atyn puerum formoſiſſimum amaſſe dicitur, quem zelo ſuccenſa caſtrando ſemimaſculum fecit.* Catull. Carm. 64., & Salluſt. de Diis cap. iv. volunt hanc injuriam ſibi feciſſe Atyn.

e *Sacra ejus*. Lucianus in Deor. Dial. hiſce verbis hujuſmodi Sacra deſcripſit ex Elmenhorſt. *Corybantum alius ſuum ipſe penem deſecat; alius dimiſſa coma per montes fertur inſanus; alius Cornu canit; alius tympano tonat, alius Cymbalo ſtrepit. Breviter. Omnis undique Ida tumultus, atque inſaniæ plenus eſt.*

f. *A Gallis Sacerdotibus*. Ne credas Gallorum nomine Italiæ noſtræ conterminos Populos nuncupari, ſive eos, qui Braccatam, aut Comatam Galliam incoluiſſe narrat Cæſar; ſed quaſdam Phrygiæ Gentes, de quibus Ovidius in Faſtis L. iv. ſic canit.

Cur igitur Gallos, qui ſe excidere vocamus,
Quum tantum a Phrygia Gallica diſtet humus?
Inter, ait, viridem Cybelen, altaſque Celenas
Amnis it inſana, nomine Gallus, aqua.

Qui

celebrantur [g]. Juno pellices acerrime perſecuta eſt: quia parere ipſa non potuit ex fratre.

Qui bibit inde furit. Procul hinc diſcedite queis eſt
Cura bona mentis. Qui bibit inde furit.

g *Juno pellices acerrime perſecuta*. Scl. Latonam, Inoem, Europam, Danaen, Semelem, aliaſque fere innumeras fœminas, quas Jupiter frater, & maritus Junonis, adamavit; Et iccirco Numa Pompilius, ut refert Natalis Comes, legem Romanis tulit, ne Pellex aliqua Junonis templum ingredi umquam auderet.

8.

Inſulam Samum ſcribit Varro prius [a] Partheniam nominatam, quod ibi Juno adoleverit, ibique etiam Jovi nupſerit. Itaque nobiliſſimum, & antiquiſſimum templum ejus eſt Sami, & ſimulacrum [b] in habitu nubentis figu-

a *Partheniam*. Inſula Samo, de qua cap.xv. *Parthenia* a fluvio Parthenio ſic dicta fuit, Srabone teſte. Parthenius etiam *Virgineus* interpretatur, a quodam Arcadiæ monte ubi virgines venari frequenter conſueverant, ideoque Varro Samum Partheniam, Scl. virgineam, a Junone, quæ virgo ibidem adolevit, ſignificare voluit.

b *Simulachrum in habitu nubentis*. Quamvis etiam in Euangelio Matth. c.XXII. v.12. mentio fiat de veſte nuptiali, non reperio tamen in Authoribus, qui de re veſtiaria ſcripſerunt, aliquod peculiare indumenti genus, nuptiarum tempore uſitatum; Niſi quod veſti-tum

figuratum c, & ſacra ejus anniverſaria nuptiarum ritu celebrantur. Si ergo adolevit, ſi virgo fuit primo, poſtea mulier: hominem fuiſſe, qui non intelligit, pecudem ſe fateatur.

tum aliquem nuptialiter, Sypontino interprete, ſignificat decentius ſolito, prout in nuptiis fieri conſueverat; Et intelligitur de iis, qui ad nuptias conveniunt; Sponſis autem quum M.rito tradebantur, velare caput mos erat, quod nubere proprie dicitur; juxta illud Virgil. æn. l.xi. v.77.

. . . . *Arſuraſque comas obnubit amictu*

Hinc colligo, habitum Junonis nubentis fuiſſe velamen aliquod caput ejus undique cooperiens, quod innuit Albricus Philoſophus in Deorum imaginibus cap.xi., ubi de Junone loquens ait: *Caput ejus nubes tenebant opertum*. Et Feſtus ait. *Flameo amicitur nubens ominis boni cauſſa, quod eo aſſidue utebatur Flaminia, id eſt Flaminis Uxor, cui non licebat facere divortium.*

c *Et Sacra ejus*. Nuptiarum ritus non idem erat apud omnes populos, niſi quod ubique tam apud Romanos, quam apud extaras gentes Sponſis obnuptis faces ardentes anteibant, convivia parabantur, munera offerebant, Epithalamiis, Hymenæis, Thalaſſione, aliiſque carminum generibus, quæ Feſcennina vocabantur, fauſta canebant, & cætera hujuſmodi, a quibus nomina derivantur Junoni addita, quæ ideo dicitur *Pronuba*, *Cinxia*, *Unxia*, *Domiduca*, *Manturna* &c. vide Roſ. Ant. Rom.

9.

Quid obſcenitatem Veneris a omnium li-

R 2 bidi-

a *Obſcenitatem Veneris*. *Venus* ſic dicta, *quia venit*

binibus proſtitutæ non deorum tantum , ſed & hominum ? Hæc enim ex famoſo Martis ſtupro [b] genuit Harmoniam : ex Mercurio Hermaphroditum [c] , qui eſt natus Androgynus ; ex Jove Cupidinem [d] : ex Anchiſe [e] Aeneam

nit ad omnia , ut ait Cicer. l.III. de natura Deor., & quatuor ejuſdem nominis ibidem recenſet quarum prima Cælo, & Die nata eſt ; altera ex ſpuma maris ; tertia ex Jove, & Dione ; Quarta , quæ Aſtarte vocata eſt . Pauſanias tres ſolummodo enumerat ; Plato duas. Epimenides unam, cui ultimæ Sententiæ Nevvton ſuſcribere videtur in Chron. *de differens Royam* ex Tacit. l.II. hiſt. c.3. Hancque Cypriam meretricem fuiſſe non obſcure ex fabulis colligitur.

b *Genuit Harmoniam*. Etsi Diodorus Siculus, hanc filiam fuiſſe, dicit Jovis, & Electræ, tamen Hygin. fab. CLIX. Martis, & Veneris filiam faciunt. Vide ſupra cap. X.

c *Hermaphroditum, qui eſt natus Androgynus*. Hyg. fab. CCLI. Ovidius l.IV. Metam.

Mercurio puerum , & diva Cythereide natum
Najades Idæis enutrivere ſub antris ;
Cujus erat ſpecies , in qua materque , paterque
Cognoſci poſſent ; nomen quoque traxit ab illis .

Et Plin. L.VII. c. 3. *Gignuntur aliquando , & utriuſque ſexus infantes , Hermaphroditi , & ii in prodigiis annumerantur . Ji antea nominabantur Androgyni , quod ex viro , & muliere habeant aliquid .*

d *Ex Jove Cupidinem*. Cicero L.III. de Nat. Deorum , ut ſupra c.XI. diximus , tres Cupidines recenſet , at nullum ex Jove Patre procreatum dixit. Solus id me docuit Euripides , qui ex Jove , & Venere natum

neam *f* ex Bute Erycen *g* ex Adone quidem nullum potuit, quod etiam tum puer ab apro ictus, & occiſus eſt.

---

tum Cupidinem aſſeruit in Hippolyto ℣.534., & 539. p.288. tom.1.

e *Ex Anchiſe Aneam*. Anchiſen Paſtorem fuiſſe, ajunt, ex quo Venus Aenæam peperit circa fluvium Simoentem in Myſia minori, quod quum jactaret Anchiſes, fulmine afflatus, oculum perdidit. Hinc Dido apud Virg. 1. æn. v. 621.

Tu ne ille Aenæas, quem Dardanio Anchiſae.
Alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam?

f *Ex Bute Erycen*. Hygin. fab. CCLX. Eryx Veneris, & Butæ filius fuit, qui occiſus ab Hercule eſt; Monti ex ſepultura ſua nomen impoſuit, in quo Aenæas Veneris Templum conſtituit. In hoc autem monte dicitur Anchiſes ſepultus, licet ſecundum Catonem in Italiam venerit. Sic etiam Servius ad æn. l.1. v.584. Alii vero Neptuni, & Veneris filium fuiſſe tradunt apud eundem Servium ibidem, & ad v.24. l.1.

g *Ex Adone quidem nullum potuit*. Al. *Adonio*; ſed male, nam dicitur *Adon. Adonis, & Adonis Adonidis* non autem *Adonius Adonii* &c. Adonidem ex Myrrha in arborem converſa, Lucinæ manibus erutum Najades aluiſſe dicit Ovidius. Eum deperibat Venus, quem per arva per Silvas, & campos ſequebatur; ſed quadam die eo relicto:

Forte Suem latebris, veſtigia certa ſecuti
Excivere canes; ſilviſque exire parantem
Fixerat obliquo juvenis Cinyrejus ictu.
Protinus excuſſit pando venabula roſtro
Sanguine tincta ſuo: trepidumque, & tuta petentem. Trux

Trux Aper inſequitur : totoſque ſub inguine dentes
Abdidit , & fulva moribundum ſtravit arena.
hactenus Ovid. Metam, l. x. fab. xii.

10.

Quæ prima (ut [a] in hiſtoria ſacra continetur) artem meretriciam inſtituit , authorque mulieribus in Cypro fuit , ut vulgo corpore quæſtum facerent , quod icciro imperavit , ne ſola præter alias mulieres impudica , & virorum appetens videretur .

a *In hiſtoria ſacra* . Id eſt Euhemeri ab Ennio in latinum ſermonem vulgata .

11.

Etiam ne habet hæc aliquid numinis ? cujus plura numerantur adulteria , quam partus [a] . Sed ne illæ quidem virgines illibatam caſtitatem ſervare potuerunt . Unde enim putemus [b] Erichthonium eſſe natum ? an ex terra, ut poetæ videri volunt ? At res ipſa clamat . Nam

a *Sed ne illæ quidem Virgines* Pallas ſcilicet , & Diana .
b *Erichthonium eſſe natum* Is fuit quartus Athenarum Rex., de quo S. Auguſt. l. xviii. de Civit. Dei c. 12. Servius Georg. iii, ỳ. 113. ajunt eum natum eſſe pedi-

pedibus Draconteis, ad quorum turpitudinem tegendam, junctis quatuor curru equis, eo ferri auſus eſt. De modo autem quo dicitur natus, diverſa eſt ſententia Hyg. fab. CLXVI. ab ea, quam tenet Antigonus in Hiſt. Mir. c. XII. vide ad cap. IX. Epitom.

12.

Nam cum Vulcanus diis arma feciſſet, eique Jupiter optionem dediſſet præmii, quod vellet, poſtulandi, juraſſetque (ut ſolebat) per infernam paludem, ſe nihil negaturum: tum faber claudus Minervæ nuptias poſtulavit.

13.

Hic Jupiter Optimus Maximus tanta religione conſtrictus, abnuere non potuit: Minervam tamen monuit repugnare: pudicitiamque defendere: tum in illa colluctatione Vulcanum in terram profudiſſe, ajunt, ſemen, unde ſit Erichthonius natus, idque illi nomen impoſitum ἀπὸ τῆς ἔριδος, καὶ χθονὸς, id eſt ex certamine, atque humo.

14.

Cur igitur virgo eum puerum cum dracone concluſum, & obſignatum [a] tribus virginibus

 Ce-

a *Tribus Virginibus Cecropidis*. Scilicet Aglauro, Pan-

Cecropidis commendavit? [b] evidens, ut (opinor) inceſtum, quod nullo modo poſſit colorari.

Pandroſo, & Herſæ Cecropis filiabus, quamvis Fulgentius lib. ii. Myt. c. 14. dicat duabus ſororibus, quas vocat Aglauro, & Pandora; contra id, quod alii omnes narrant.

b *Evidens, ut opinor, inceſtum*. G. N. quod & alii faciunt. Minuc. Fel. cap. xxxi. Livius, & Plin. ſæpe.

15.

Altera [a] cum pene amatorem ſuum perdidiſſet, qui erat * *turbatis diſtractus equis*; præſtantiſſimum medicum [b], Aeſculapium curan-

a *Altera* Scilicet Diana, quæ quum Hippolytum, Theſei ex Antiope Amazone filium, unice dilexiſſet, eum, amore, Phædræ Novercæ ſuæ, in odium commutato, in exilium a patre miſſum, & turbatis a Neptuno equis, e curru, quo vehebatur, præcipitatum, atque diſtractum, ope Æſculapii in vitam revocaſſe ab Inferis. & immortalitate donatum in nemore Aricino ſub Nymphæ Egeriæ cuſtodia, occultaſſe, Virbiumque, quaſi bis virum vocari juſſiſſe dicitur. *Re vera tamen*, ut ſervius ad Virgil. æn. vi. ṽ. 761. ait, *Virbius eſt numen conjunctum Dianæ, ut Matri Deum Atys, Minervæ Erichthonius, Veneri Adonis*. Vide noſtram conjecturam ad cap. ix. Epitom.

b *Æſculapium* Al. legunt *Æſclepium*: ſed idem eſt ut ſupra dixim. ad c. x.

* Virg. vii. æn. 767.

Vir.

tando juveni advocavit, eumque ſanatum,

. . . . . . , Secretis alma recondit *
Sedibus , & Nymphæ Egeriæ , nemorique relegat :
Solus ubi in ſylvis Italis, ignobilis ævum
Exigeret , verſoque ubi nomine Virbius eſſet .

* Vir. l.vii. æn. v.774.

16.

Quid ſibi vult hæc tam diligens, tam ſolicita curatio? quid ſecretæ ſedes? quid relegatio vel tam longe, vel ad mulierem, vel in ſolitudinem? quid deinde nominis commutatio? Poſtremo, [a] quid equorum tam pertinax abominatio? quid ſignificant hæc omnia, niſi conſcientiam ſtupri, & amorem minime virginalem?

CA-

a *Quid equorum tam pertinax abominatio?* Nam, ut Virgilius ibidem proſequitur.

. . . . . . Triviæ Templo , luciſque ſacratis
Cornipedes arcentur equi . . . .

Erat plane, cur tantum laborem pro tam fideli juvene ſuſciperet, qui [a] amanti novercæ obſequium pernegarat [b],

a *Amanti Novercæ*. Scilicet Phædræ Theſei uxori, quæ Hippolyti privigni ſui amore capta, cum, quum

quum in ſui conſuetudinem adducere non poſſet, patri Theſeo abſenti, de vi ſibi illata, accuſavit, ſeque laqueo ſuſpendit. Theſeus autem id credens a Neptuno patre exitium filio impetravit. Vide Hyg. fab. XLVII., & Senec. in Phædræ Trag. Ovid. Heroid. Epiſt. IV.

b *Pernegarat*. Al. *pernegaret*. Nota in hocce compoſito vim eſpreſſionis, quoniam *pernego* eſt *penitus*, & *ſæpius recuſare*, ac *repellere*.

CAPUT XVIII.

Seg. I.

HOC in loco refellendi ſunt etiam ii, qui deos ex hominibus eſſe factos non tantum fatentur, ſed, ut eos laudent, etiam gloriantur, aut virtutis gratia [a], ut Herculem: aut munerum [b], ut Cererem, ac Libe-

a *Ut Herculem*. Jam de eo ſatis dictum eſt ad caput IX.

b *Ut Cererem, ac Liberum*: Ut plurimum hæc duo numina ſimul junguntur. Virg. Georg. I. ℣. 7.

Liber, & alma Ceres veſtro ſi munere Tellus
Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta,
Poculaque inventis Acheloja miſcuit Uvis,

Nam uni frumentum, alteri vinum, ſe debere, putabant Ethnici, qui XII. Agricolarum diis quum ſacrificaſſent, Cereri tamen, & Baccho, Templo eodem, eademque ara, ac ludis una litabant.

Vel

berum: aut artium repertarum, ut Aeſculapium *c*, vel Minervam.

c *Vel Minervam*. Hanc Ovidius ingenioſam, Horat. operoſam, Virgil. operum haud ignaram ideo appellant, quia omnis lanificii, ac textorii operis inventio eidem tributa erat.

2.

Hæc vero quam inepta ſint, quamque non digna, propter quæ homines inexpiabili ſe ſcelere contaminent, hoſteſque Deo vero fiant, quo contempto, mortuorum ſacra ſuſcipiunt: ex ſingulis rebus oſtendam.

3.

Virtutem eſſe dicunt, quæ hominem tollat in cælum, non illam de qua *a* philoſophi diſſerunt, quæ poſita eſt in bonis animi, ſed hanc corporalem, quæ dicitur fortitudo, quæ, quoniam præcipua in Hercule fuit, immortalitatem meruiſſe creditur.

a *Philoſophi diſſerunt*. Al. *dixerunt*. Jam Codicis Bonon. redit lectio hactenus deſiderata. Nobiſcum legit etiam Aldus.

4.

Quis tam ſtulte ineptus eſt, ut corporis vires divinum, vel etiam humanum bonum ju-

judicet: quum ſint & majores pecudibus attributæ, & uno morbo ſæpe frangantur, vel ipſa ſenectute [a] minuantur, & corruant?

a *Minuantur*, *&* *corruant* Gronovius ex ſuo Codice interponit *ad extremum morte terminentur*, quæ merito ſuſpecta viſa ſunt Humanno; aliiſque.

5.

Itaque idem ille, quum deformari ulceribus toros ſuos cerneret, nec ſanari ſe voluit, nec ſenem fieri [a], nequando ſeipſo minor, aut deformior videretur.

a *Nec ſanari ſe*, *nec ſenem fieri* Al. *Nec ſanus eſſe fieri voluit*. Aldus *nec ſanum fieri*, *nec Senem voluit*. Hæc Herculis fabula diverſimode ab aliis narratur, ut ſupra diximus. Sed Seneca in Traged. *Herc. Oetæi* præivit Lactantio,

6.

Hunc a rogo, quo vivum ſeipſum combuſſerat, aſcendiſſe in cælum putaverunt: eaque ipſa, quæ ſtultiſſime admirati ſunt, ſimulachris, & imaginibus expreſſa, & conſecrata poſuerunt, ut in perpetuum vanitatis illorum monimenta perſtarent, qui ob necem beſtiarum deos fieri crediddiſſent.

Sed

7.

Sed hæc Græcorum fortaſſe culpa, qui res leviſſimas pro maximis ſemper habuerunt.

8.

Quid noſtri? num ſapientiores [a]? qui athleticam quidem virtutem contemnunt, quia nihil obeſt: ſed regiam [b], quia late ſolet nocere ſic

a *Quid noſtri? Num ſapientiores?* Cellarius heic ſic exponit. *Quid Romani, qui Deos, quos conſecrarunt, non ex corporis robore, ſed bellica gloria, tamquam ex merito, metiuntur.* Ecce tibi primum argumentum, quo revincas eos omnes, qui Afrum Lactantium dicunt. Ipſemet noſtros heic Romanos appellat, & quidem inter præſtantiſſimos Bellorum Duces, quos in Deorum numerum Romani retulerunt, eum infra memorat, qui ideo Africanus dictus eſt, quia primus Africam, Romæ infeſtam, ſubjugavit; quem hoſtem potius, quam Civem ſuum appellaſſet, ſi Afer & non Italus fuiſſet Lactantius; quod quia bene perpenderat Cellarius, ideo in præfatione ſuæ edictionis dixit. *Firmianus cognominatur a Firmo, agri Piceni Oppido, & antiqua, ut Vellejus tradit, Colonia, ab Auguſto Cæſare, quod ex nummo Cluverius probat, renovata.* Secundum argumentum dabimus cap. xxi. jam proximo ex verbis pariter ejuſdem Lactantii, quemadmodum faciemus ad librum de MM. PP. & jam fecimus in diſſ. noſtra ii. §. xxviii.

b *Quia late ſolent nocere.* Scilicet Reges quum bella

ſic admirantur, ut fortes, & bellicoſos duces in deorum cœtum locari arbitrentur: nec eſſe ullam aliam ad immortalitatem viam; quam exercitus ducere, aliena vaſtare, urbes delere, oppida excindere, liberos populos, aut trucidare, aut ſubiicere ſervituti.

bella gerunt. Senec. Epiſt. xciii. *Non privatim ſolum, ſed publice furimus. Homicidia compeſcimus, & ſingulas cædes* &c.

9.

Videlicet quo plures homines afflixerint, ſpoliaverint, occiderint, eo ſe nobiliores, & clariores putant: & inanis gloriæ ſpecie capti, ſceleribus ſuis nomen virtutis imponunt.

10.

Jam mallem, ut a ferarum cædibus deos ſibi fingerent, quam immortalitatem tam cruentam probarent. Si quis unum hominem jugulaverit pro contaminato, ac nefario habetur: nec ad terrenum hoc domicilium [a] deorum

a *Nec ad terrenum hoc domicilium Deorum*. Scilicet a Templis Deorum homicidas excludi heic innuit Lactantius; non autem a Conſecratione, ut putavit Cellarius. Vide diſſ. xxvii. capivii. §. i.

Ille

rum admitti eum fas putant. Ille autem, qui infinita hominum millia [b] trucidaverit, cruore campos inundaverit, flumina infecerit, non modo in templum, ſed etiam in cœlum admittitur. Apud Ennium ſic loquitur Africanus *:

b *Ille autem, qui infinita hominum millia trucidaverit.* Romanorum mos erat, ut Duces exercituum re in aliquo prælio, ſeu in quocumque diſcrimine bene geſta, gaudio, & impetu militum Imperatores conclamarentur; quam deinde appellationem Senatus confirmabat, ſi modo juſta victoria certum hoſtium numerum interfeciſſent. Vide Appian. in procem. Hiſt.

* Enn. in Epigram.

11.

Si fas cædendo cæleſtia ſcandere cuiquam eſt [a]:
Mi ſoli cæli maxima porta patet.

Scilicet quia magnam partem generis humani extinxit, ac perdidit.

O quan-

a *Si fas cædendo cæleſtia ſcandere Cuiquam eſt*; Sic metri ratio, ac ſenſus legendum omnino cum melioribus ſuadent, ubi Bon. habet: *Si faciendo plagas cæleſtium adſendere nefas cuiquam eſt*: Schottus: *ſi faciendo plagas cæleſtes aſcendere cuiquam eſt*: *lege*, inquit, *ſi fas endo plagas &c.* quæ ut vides vel utrumque violant, vel non apte heic recitantur.

O quan-

12.

O quantis in tenebris Africane verſatus es: vel potius o poeta [a], qui per cædes, & ſanguinem: patere hominibus in cælum aſcenſum putaveris.

a *O quantis in tenebris Africane verſatus es, vel potius o Poeta*. Quamvis enim Scipionis Africani verba ſint; hæc tamen illi Ennius Poeta affinxit. Nota heic benigne Lector, quod vidimus, & ipſe videre poteris in Lexico univer. Offmanni edit. Lug. Bat. Tom. i. f. 192. Scipionem ſumptum, aut Ennium pro Poeta, cui nomen Africanus.

13.

Cui vanitati & Cicero aſſenſit [a]. *Eſt vero* [*] inquit[b], *Africane nam & Herculi eadem iſta* [c] *porta patuit*. Tanquam ipſe plane, quum id fieret, janitor fuerit in cælo.

a *Et Cicero aſſenſit*. Ciceronem de Republ. hoc dixiſſe, Seneca teſtatur Epiſt. 109., & legitur in fragmentis.
b *Eſt vero*. Al. *&* *vero*. Sic Schottus. Al. *En vero*.
c *Eadem iſta*: Sic etiam Schottus Al. *eadem ipſa*.

14.

Equidem ſtatuere [a] non poſſum, dolendum

a *Equidem ſtatuere* Schottus: *quia ſtatuere*.

dum ne potius, an ridendum putem, quum videam & graves & doctos, & [ut ſibi videntur] ſapientes viros, in tam mirandis [b] errorum fluctibus volutari.

b *In tam mirandis*: Al. *miſerandis*.

15.

Si hæc eſt virtus, quæ nos immortales facit, [a] mori equidem magis velim, quam exitio eſſe quamplurimis.

a *Mori equidem magis velim* Al. *malim* Al. *quidem mallem* Al. *prius malimus*: *Magis velle* pro *malle* latinum eſt. eoque utitur Terentius in Eunuc A. V. Sc. vii. ℣. 1.

Numquam adepol quicquam jam diu quod magis vellem evenire.

16.

Si aliter immortalitas parari non poteſt, niſi per ſanguinem: quid fiet, ſi omnes in concordiam conſenſerint? Quod certe fieri poteſt [a], ſi pernicioſo, & impio furore projecto, innocentes eſſe, ac juſti velint.

a *Fieri poteſt* Al. *fieri poterit*. Sic Schottus nobiſcum legit.

17.

Num igitur nemo erit cælo dignus? num peribit virtus, quia hominibus in homines

 ſævi-

ſævire [a] non dabitur? ſed iſti, qui everſiones urbium populorumque ſummam gloriam [b] computant otium publicum [c] non ferent, rapient, ſævient, & injuriis inſolenter illatis, humanæ ſocietatis fœdus irrumpent, ut habere hoſtem poſſint, quem ſceleratius deleant, quam [d] laceſſerint.

a *Sævire*: Bon. *ſervire*. male.

b *Summam gloriam computant. Hoc verbum, inquit Heuman. a Lactantio heic poſitum eſſe non credo. Tam turpiter is non loquitur. Lego putant* Al. *reputant*: At verbum *computo* non adeo turpe eſt; ut eo latini boni non utantur pro æſtimare, perpendere, & judicare; quemadmodum enim heic in hoc ſenſu uſurpatur a Lactantio; ſic etiam a Plauto, ſic tam a majori, quam a minori Plinio, cujus in Hiſt. Nat. cap. 1. L. xxxv. poſt medium hæc ſunt verba: *Computet nunc aliquis ex altera parte, quantum Curius, aut Fabricius in triumphis tulerint: imaginetur illorum fercula* &c.

c *Otium publicum* Bon. *odium*. Male.

d *Laceſſerint* Bon. *laceſſierunt* Schottus *laceſſant*.

18.

Nunc ad reliqua pergamus. Nomen deorum Cereri, ac Libero traditio munerum fecit. Poſſum divinis docere literis [a], vinum, atque

a *Poſſum divinis docere literis.* Al. extrema verba poſt-

atque fruges ante progeniem Cæli, atque Saturni [b] fuiſſe in uſum hominum: ſed ab his ſane inventa eſſe fingamus,

poſtponunt. Quidem ex Geneſ. cap. iv., ubi agrorum culturam Adamo, & Filiis ſuis communem fuiſſe, traditur; & ex cap. ix. ubi vineæ plantatio Noe tribuitur; ut infra L. ii. cap. xiv. dicturi ſumus. Tantum autem Is Saturnum, & Uranum Patrem ejus, vini, frumenti, aliarumque frugum, repertor præceſſit, quantum ſaltem temporis pertranſiit a Noe ad pronepotes, qui exteras nationes propagarunt, eaſque docuerunt, quæ a Patre didicerant. Vide diſſ. xxii. cap. ii. §. ii, & ſeq.

b *Fuiſſe in uſum* Al. *in uſu*.

19.

Num poteſt plus, aut majus [a] videri, collegiſſe fruges, hiſque fractis [b], panem facere docuiſſe, aut uvas de vitibus lectas expreſſiſſe, vinumque feciſſe: quam fruges ipſas, aut vites generaſſe, ac protuliſſe [c] de terra?

a *Plus, aut majus*: Schottus *minus, aut magis*.

b *Hiſque fractis* Bon. *hiſque fructibus*: male.

c *Generaſſe, ac protuliſſe* Al. *aut protelaſſe*: male.

20.

Reliquerit [a] hæc ſane Deus humanis [b] ingeniis

a *Reliquerit* Bon. *Reliquit*.

b *Humanis ingeniis eruenda* Bon. *erudienda*: Ovi-

niis eruenda, tamen fieri non poteſt, quin ipſius ſint omnia, qui & ſapientiam tribuit homini, ut inveniret: & ipſa illa c, quæ poſſent inveniri.

Ovidius *artes erudire* dixit, quæ in ſuis initiis, rudi plerumque modo exercebantur. At heic phraſis iſta locum non habet, & omnes legunt *eruenda*.

c *Quæ poſſint inveniri*. Aliqui ſtatim addunt *primus invenit*. Quod ridiculum gloſſema eſt. Deus enim non invenit, ſed creavit, & invenire docuit.

21.

Artes quoque ſuis inventoribus immortalitatem peperiſſe dicuntur, ut Aeſculapio medicina a, Vulcano fabrica b. Colamus igitur & il-

a *Aeſculapio medicina.* Imo non Aeſculapium; ſed Apollinem Medicinæ inventorem fuiſſe Apollodorus tradit l. iii. cap. x. Homerus vero id Pæoni tribuit, Pindarus Chironi; quamquam Galenus Æſculapio; quos conciliare nititur Soranus, qui ait: Apollinem Medicinam inveniſſe, Æſculapium ampliaſſe, Galenum perfeciſſe. At vide Leonardi Capuani Sermones Italice conſcriptos, ſi harum fabularum, ac totius medicinæ inconſtantem hiſtoriam præ oculis habere cupis;

b *Vulcano fabrica* De Vulcano jam diximus. Heic notandum quod *Tò fabrica proprie* inquit Sypontinus *eſt Fabri Lignarii officina*; *veruntamen & de aliorum Fabrorum officinis dicitur*; Item aliquando pro arte ipſa, & alicujus rei conſtructione: puta domus, Navis &c. Qui

& illos, qui fullonicam [c], ſutrinamque [d] docuerunt. Cur autem figulinæ repertori honos non habetur? An quia iſti divites vaſa Samia [e] contemnunt?

c *Qui fullonicam* Bunem. mallet *fulloniam* ſed utraque vox latina eſt.

d *Sutrinamque* Scilicet artem *Sutoriam*. Vox *ſutrina* a Varrone in cenſum latinarum vocum eſt, recepta.

e *Vaſa Samia*. Inter vaſa, quibus utebantur Antiqui, ea quæ in Inſula Samo fiebant, tamquam omnium viliſſima habebantur; ideoque divitum menſis apponi non conſueverant, & ut crimen æſtimabatur, ſi in re divina uſui haberentur.

22.

Sunt, & aliæ artes: quarum repertores humanæ vitæ plurimum profuerunt.

23.

Cur non etiam illis attributa ſunt templa? ſed nimirum Minerva eſt, quæ omnes reperit: ideoque illi opifices ſupplicant. Ergo ab his ſordibus Minerva aſcendit in cælum.

24.

Eſt vero cauſsa, cur quiſquam derelinquat eum, qui terram cum animantibus, cælum cum aſtris & luminibus exorſus eſt, ut eam veneretur, quæ telam docuit ordiri?

25.

Quid ille, qui vulnera [a] in corpore ſanare docuit, num poteſt eſſe præſtantior, quam qui corpora ipſa formavit, ſentiendi, ac videndi [b] rationem dedit? herbas denique ipſas, & cætera, quibus medendi ars conſtat, excogitavit, ac protulit?

a *In corpore* Al. *in corporibus*.
b *Videndi* Al. *Vivendi*.

CAP. XIX.

Seg. 1.

AT enim dicet aliquis, & huic ſummo, qui fecit omnia, & illis, qui partim [a] profuerunt, ſuam venerationem eſſe tribuendam.

a *Qui partim profuerunt*. Al. *qui per artem profuerunt*.

2.

Primum nec factum eſt, unquam, ut qui hos coluit [a], etiam Deum coluerit, neque fieri poteſt, quoniam ſi honos idem tribuitur

a *Qui hos coluit*. Sic Schottus, Aldus *colit*. male. Vide S.Auguſt. L.iv. de C.D. cap.xi. *Sum-*

tur aliis, ipſe omnino non colitur: cujus religio eſt, illum eſſe unum, ac ſolum Deum, credere.

3.

Clamat ſummus poeta [a], eos omnes, qui *inventas vitam excoluere per artes*, apud inferos eſſe, ipſumque illum repertorem medicæ artis *ad ſtygias undas* fulmine eſſe detruſum: ut intelligamus, quantum valeat pater omnipotens, qui & deos fulminibus extinguat.

---

a *Summus Poeta*. Sic merito Virgilius appellatur, qui quamvis, teſte Tacito in dial. de Orat., ſuos habuerit obtrectatores, tamen, ut Macrobius ait Saturn. L.i. c.29. hæc eſt ejus gloria, ut nullius laudibus creſcat, nullius vituperatione minuatur. Is non Mantuæ, ut plurimi dixere, ſed in Pago, cui nomen *Andes* ortus eſt, Gn. Pompejo Magno, & M. Licinio Craſſo coſſ. Olym. 177. An. iii. Brunduſii moritur Olym. 190. an. ii. Scl. ante Chr. xxxix. claruit: Vide Voſſ. de Poet. Lat. Verſus autem heic laudati; ſunt: primus ex l.vi. æn. 663.

Inventas aut qui vitam excoluere per artes.

Alii ex L. vii. æn. a 772.

Ipſe repertorem medicinæ, talis & artis.
Fulmine Phæbigenam ſtygias detruſit in undas.

4.

Sed homines ingenioſi hanc ſecum habeant

 for-

fortaſſe rationem[a], quia Deus fulminari non poteſt, apparet non eſſe factum: immo vero, quia[b] factum eſt: apparet hominem fuiſſe, non Deum.

---

a *Habeant fortaſſe rationem*. Sic etiam Schottus. Al. *habebant* male.
b *Immo vero quia* Bon.. *Imo vero etiam quia*.

5.

Mendacium poetarum[a] non in facto eſt, ſed in nomine. Metuebant enim malum[b], ſi contra publicam perſuaſionem faterentur, quod erat verum.

---

a *Mendacium Poetarum*. Sic etiam Aldus. Al. *Mendacium enim*.
b *Metuebant enim malum*. Iterum reddit heic rationem Lactantius, quare homines ingenio, & eruditione præſtantes, qui optime dignoſcebant Deorum eſſe inanem religionem, eam tamen palam profiteri videbantur; quod tertio repetit lib.ii. c.iii. ubi, & me eam explanaturum promiſiſſe memini. S. Auguſt. de Varrone l.vi. de Civ. Dei, & l.iv. de Scevola idem dicit.

6.

Quod ſi hoc conſtat inter ipſos, ex hominibus deos factos: cur ergo non credunt poetis, ſi quando illorum fugas, & vulnera, & mor-

& mortes, & bella, & adulteria deſcribunt?

7.

Quibus ex rebus intelligi datur, non potuiſſe ullo pacto fieri deos, quia ne homines quidem probi fuerunt: eaque in vita ſua geſſerunt, quæ mortem pariunt [a] ſempiternam.

---

a *Quæ mortem pariunt* - Al. *pariant*.

CAP. XX.

1.

VEnio nunc ad proprias Romanorum religiones: quoniam de communibus dixi. Romuli nutrix Lupa [a] honoribus eſt affecta divinis. Et ferrem, ſi id animal ipſum fuiſſet, cujus figuram gerit.

Sed

---

a *Romuli Nutrix Lupa*. Rhea Numitoris, Albæ Regis filia, patre pulſo ab Amulio, Veſtalis per vim facta, ut omnis ei ſpes partus adimeretur, Patruo regnante, geminos enixa ex Marte, ut ajunt, vincta in cuſtodiam traditur. Nati ex ea gemini Infantes, quibus Romulus, & Remus nomina ſunt data, ad ripam fluminis expoſiti, a Lupa primum lac ſumpſiſſe, quamvis poſtea a Larentia, uxore, Fauſtuli, regii pecoris magiſtri, educati, dicuntur. *Sed*

2.

Sed Author eſt Livius[a], Larentinæ eſſe ſimulachrum[b], & quidem non corporis[c], ſed mentis, ac morum. Fuit enim Fauſtuli uxor, & propter vulgati corporis vilitatem Lupa inter paſtores, id eſt meretrix nuncupata eſt, unde etiam *Lupanar* dicitur.

---

a *Sed Author eſt Livius*. Al. *Tò eſt* Al. *Tò ſed* non habeat. Livius hic eſt diligentiſſimus ille rerum Romanarum Scriptor, prænomine Titus, Patria Patavinus, quem an. V.C. DCXCV. natum, & quarto Tiberii Cæſaris, ætatis vero ſuæ LXXVI., diem obiiſſe, tradit Euſebius in Chron.. De eo vide diſſ. XL. cap. XXII. §. XI.

b *Larentinæ Simulacrum*. Sic Aldus. *Larentiæ*. Al. *Laurentiæ*, aut *Laurentinæ*. Al. *Therentiæ* Al. *Aſcentinæ* &c.; Sed noſtra Lectio Latinis Scriptoribus recepta eſt, quo nomine adumbratam intellige ſub Lupæ larva, uxorem Fauſtuli, de qua Livius L. 1. c. 14. ait: *Sunt qui Larentinam vulgato corpore Lupam inter Paſtores vocatam putent: inde locum fabulæ, ac miraculo datum*. Hanc Fœminam Ennius, & Valerius Antias apud Sextum Aurelium Victorem in Orig. P. R. cap. XX., & XXI. Accam Larentiam vocant.

c *Non corporis*: Schottus *non operis*.

3.

Exemplum ſcilicet Athenienſium in ea figuranda Romani ſecuti ſunt: apud quos meretrix quædam nomine Leæna[a], cum tyrannum occi-

occidiſſet [b], quia nefas erat [c], ſimulachrum conſtitui meretricis in templo: animalis effigiem [d] poſuerunt, cujus nomen gerebat.

Ita-

---

a *Exemplum ſciliect Athenienſium*. Iſæus, Langletius, & alii turpiter heic Lactantium erraſſe putant, quum potius Athenienſes a Romanis id ſumpſiſſe ratione temporum dicendi ſint; ſed errant a Lactantii mente,. quoniam netrum ſtatim factum eſt; ſed longe poſtea utrumque. Macr. L. 1. Saturn. c. x.

b *Quum Tyrannum occidiſſet*. Quamvis non ipſa Leæna ſuis manibus, ſed Harmodius, & Ariſtogiton, Cives Athenienſes, Hipparchum Tyrannum occiderint, tamen bene dicitur a Lactantio, quod ipſa, eum occidit, non ſolum quia Amica Ariſtogitonis erat, & concubina Harmodii, ſed etiam quia conjurationis conſcia, & conjuratorum ſocia, ut habet Euſebius loco ſuperius laudato.

c *Quia nefas erat*. Demoſthenes contra Androtionem ait: Apud Athenienſes vetitum eſſe meretricibus Templa ingredi Deorum immortalium.

d *Animalis effigiem*. Scaglier ad Euſeb. Chron. MCCCCXCVIII. *Longe*, inquit *diverſam de hac Leæna prodit Lactanius, qui de Fauſtili paſtoris uxore, cognomine LUPA locutus ſubiicit*; Exemplum &c. *Quod ſane mirum eſt, quum ſtatuam ipſius mulieris, non autem beſtiæ, cujus nomen gerebat, erectam ab Athenienſibus, Pauſanias ſcribat*: Sed criticus iſte nec Lactantium, nec Pauſaniam intellexit: Non primum, quia is non mulierem, *LUPAM cognomine*, *ſed profeſſione* dixit. Non ſecundum, quoniam hic ait: Χαλκῆ Λέαινα Ἀθηναίοις ἐστὶν ἐς μνήμην τῆς γυναικός Παρὰ δὲ αὐτὴν ἄγαλμα Ἀφροδίτης. I. E.

Aeneam

Aeneam Leænam erexerunt prope Veneris ſimulacrum v. Pauſan. in Atticis p.26.22.

4.

Itaque ut illi monimentum ex nomine, ſic iſti ex profeſſione fecerunt. Hujus nominis etiam dies feſtus dicatus eſt, & Larentinalia conſtituta [a].

a *Et Larentinalia conſtituta*. Al. *Larentalia* Al. *Tarentinalia*. De his vide diſſ. xxvii. cap. ix.

5.

Nec hanc ſolam [a] Romani meretricem colunt, ſed Faulam quoque [b], quam Herculis ſcortum fuiſſe Verrius ſcribit. Jam quanta iſta immortalitas putanda ſit, quam etiam meretrices aſſequantur?

a *Nec hanc ſolam*. Sic etiam Aldus, & Schottus, ubi, Al. *ſolum*.

b *Sed Faulam quoque* Al. *Fauſtalem* Schottus *Favulam*. Mirum quam varia de hac muliere, de qua ſi plura ſcire cupis, vide diſſ.xxvii. cap. v. §. v.

6.

Flora, cum magnas opes [a] ex arte meretricia quæ-

a *Flora quum magnas opes*. S. Cyprianus, Lactan-

quæſiviſſet, populum Romanum ſcripſit hæredem, certamque pecuniam reliquit, cujus ex annuo fęnore ſui natalis dies celebraretur, editione ludorum, quos appellant Floralia [b].

ctantio noſtro antiquior, in lib. de Idolorum vanitate ait: *Mox a neſcio quo Febris dedicata, & Acca, & Flora Meretrices*. Ne alios commemorem id confirmantes. Vide ubi ſupra.

b *Quos appellant Floralia*. Quintilianus i.Inſtit. c.v. inquit: *Habent quædam faciem ſolæciſmi, & dici vitioſa non poſſunt*: Ut LUDI FLORALIA, AC MEGALENSIA: *quamquam hæc ſequenti tempore interciderint, numquam aliter a veteribus*. Hæc dicta ſunt & ut vindicaremus Lactantium, & ne de iis quoque diſſertationem cudere cogeremur.

7.

Quod quia Senatui flagitioſum videbatur: ab ipſo nomine argumentum ſumi placuit, ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur. Deam finxerunt eſſe, quæ floribus præſit, eamque oportere placari, ut fruges cum arboribus, aut vitibus, bene; proſpereque floreſcerent.

8.

Eum colorem ſecutus in Faſtis poeta, non ignobilem Nympham fuiſſe narravit, quæ ſit Chloris vocitata, [a] eamque Zephyro nuptam, qua-

a De hac fabula vide diſſ. xxvii. cap.v. §.v., & Ovid. L. v. Faſt. ℣. 199. ſeq.

quaſi dotis loco id accepiſſe muneris a marito, ut haberet omnium florum poteſtatem.

9.

Honeſte quidem iſta dicuntur, ſed inhoneſte, turpiterque creduntur. Nec debent, quum veritas quæritur, hujuſmodi nos velamenta decipere.

10.

Celebrantur ergo illi ludi cum omni laſcivia, conveniente memoriæ meretricis. Nam præter verborum licentiam, quibus obſcænitas omnis effunditur, exuuntur etiam veſtibus, [a] populo flagitante, meretrices, quæ tunc Mimarum [b] funguntur officio, & in conſpectu populi uſque ad ſatietatem impudicorum luminum cum pudendis motibus detinentur.

Cloa-

---

a *Exuuntur etiam veſtibus*. Spectante Catone hujuſmodi ludos; inquit Val. Max. l.ii. cap.x. Populus, ut Mimæ nudarentur, poſtulare erubuit. Adde Chriſoſt. Hom.viii. in Matth., & diſſ.xxvii. cap.ix.

b *Mimarum*. Sic etiam Schottus, & Aldus. Al. *Mimorum*. Sed male. Nam non ſolum Mimi, & Pantomimi, ſed Mimæ etiam fæminæ motibus, ac geſticulationibus comædias agebant. Vide diſſ.xxviii. c.iv. §.xvi.

Cloa-

❧ 11. ❧

Cloacinæ ſimulachrum [a] in cloaca maxima repertum Tatius conſecravit [b]: & quia cujus eſſet effigies ignorabat, ex loco illi nomen impoſuit. Pavorem, Palloremque [c] Tullus Ho-

---

a *Cloacinæ Simulachrum*. Cujus nam Mulieris fuerit hocce Simulachrum in Cloaca repertum non eſt qui nos decere queat, quamvis de Cloacina Tertullianus, Cyprianus, Minutius Felix, & Varro mentionem faciant; Notandum autem heic occurrit jam tunc Romæ, & ſimulachra fuiſſe Dearum, & ſimul adeo ſpreta, ut in cloacam proiicerentur. Secundo, animadvertendum eſt, non omnino primum fuiſſe Tarquinium Priſcum, qui Romæ cloacas fecerit, ut dixit Iſidorus l.xv. cap.2. de Orig;, quum jam tempore Romuli cloaca maxima extructa fuiſſet.

b *Tatius conſecravit*. Is eſt Titus Tatius Rex Sabinorum, qui quum ſuarum fœminarum raptum a primis Romanis perpetratum vindicaturus Romam veniſſet, & fraude Tarpejæ Virginis in Capitolium perduxiſſet exercitnm, poſtquam cum Romulo ſtrenue dimicavarat, percuſſo fædere, ac in Urbe cum Sabinis recepto tres Equitum centurias cum Romulo, & Lucumone pro ſuo quiſque præſidio inſtituit a ſuis nominibus, ſcilicet a Romulo: Ramnenſes, a Tito Tatio: Tatienſes: a Lucumone, Luceres appellatas.

c *Pavorem, Palloremque*. Cauſſam ſcilicet, & effectum, nam pallor ſubitus naſcitur ex pavore, ut belle Virg. l.ii. æn. v.368.

. . . . . *Crudelis ubique*
Luctus, ubique Pavor, & plurima mortis imago

ſci-

Hoſtilius [d] figuravit, & coluit.

Quid

ſcilicet pallor, quia hocce colore mors pingitur juxta illud Horatii

Pallida Mors æquo pulſat pede pauperum tabernas
Regumque Turres.

Vide Livium l. I. cap. xxvii. Tullus in re trepida xii. vovit Salios, Fanaque Pavori, ae Pallori Cic. l.iii. de Nat. Deor., & nuperrime Jo: Clericus de iis agit in Art. Crit. P. I. S. I. num. viii., *& quæri poteſt*, inquit, *an re vera Tullus exiſtimaret Pavorem, ac Pallorem eſſe Deos? an vero illa delubra eſſent tantum monumenta, non tam numinibus, quam memoriæ poſteritatis conſecrata?* & perpenſis hinc inde rationibus concludit. *Quid ergo tum animo verſabat, quum totum abſonum conciperet? Nempe neſcio quid obſcuri de Deo, quicumque eſſet, qui metum ſuorum pelleret, propitiando.* At non appoſite; ſiquidem ſi ita cogitabat, quare ibidem ultra ædem, & xii. Salios conſtitutos, etiam utriuſque imagines figuravit, & coluit? quare deinceps extra Urbis pomærium Pallori ſtruxit ædem, ut nobis tradit Plutarchus in Cleomene?

d *Tullus Hoſtilius*. Numæ Pompilii morte ad interregnum res romanæ redierunt. Quare Tullum Hoſtilium regem Populus juſſit; ut habet Livius l.i. c.xxii. de quo cap. ejuſdem l.xxxi. ait: Volventem commentarios Numæ, quum ibi quædam Sacrificia Jovi Elicio facta inveniſſet, operatum his ſacris ſe abdidiſſe: ſed non rite initum, aut curatum id ſacrum eſſe; nec ſolum nullam ei oblatam Cœleſtium ſpeciem, ſed ira Jovis ſollicitati prava religione, fulmine ictum cum domo conflagraſſe, tradunt.

Sed

12.

Quid de hoc dicam, niſi dignum fuiſſe, qui ſemper deos ſuos (ſicut optari ſolet) ſecum [a] haberet? Ad hoc illud M. Marcelli [b] de conſecratione Honoris, atque Virtutis, honeſtate nominum differt, re congruit.

T Ea-

a *Secum*. Sic Aldus. Al. *præſentes*. Primum laudat Thom. ſecundum retinere jubet Bunem.: & Iſæus., nec mutat Schottus.

b *M. Marcelli*. Dux is fuit inter Romanos clariſſimus, ut Claudianus, & Sext. Aurel. Victor tradunt. Hannibalem apud Nolam vinci poſſe docuit, & primum terga Romanis eum oſtendere coegit. Hic an. V. C. DXLV. quinctum conſulatum gerens, Templum Honori, atque Virtuti, inquit Val. Max. L. i. c. i. Claſſidio prius, deinde Syracuſis potitus, nuncupatis debitum votis, quum conſacrare vellet, a Collegio Pontificum impèditus eſt. Hunc locum, ut illuſtraret Gallæus ex Dempſtero, & ejus exſcriptor Langlet, attulerunt inſcriptionem quandam, in qua quum dicatur, locum datum eſſe Policio Bibulo Ædili Plebis, ad quem tam ipſe, quam Poſteri ejus inferrentur poſt mortem, *honoris & virtutis Cauſſa*. Sed neſcio quid ſibi velint cum hiſtoria, de qua lòquimur. En inſcriptio quæ affertur ex Grutero pag. x. num. iv.

C. POLICIO . L. F. BIBULO . ÆD.
PL. HONORIS.
VIRTUTISQUE . CAUSSA . SENATUS.
CONSULTO . POPULIQUE . JUSSU.
LOCUS . &c.

De dedicatione illius jam dudum ante Marcellum fa-

cta

ſta a Quinto Maximo teſtis eſt Cicero l.ii. de Nat. Deor. . *Vides Virtutis Templum , vides Honoris à M. Marcello renovatum , quod multis ante annis erat Bello Liguſtico a Q. Maximo dedicatum* .

13.

Eadem vanitate Mentem quoque inter deos a collocavit Senatus : quam profectò ſi habuiſſet , ejuſmodi ſacra nunquam ſuſcepiſſet .

a *Mentem quoque inter Deos* . Menti ædem Otacilius Prætor vovit, inquit Livius, Hannibale Italiæ agros vaſtante L.xxii. c.xi., & l. xxiii. cap.xxxi. Interea Duumviri creati ſunt Q. Fabius Max. , & T. Otacilius Craſſus , ædibus dedicandis ; Menti Otacilius ; Fabius Veneri Erycinæ . Quare emendandi ſunt, qui pro *Otacilio Prætore Attilium* legunt,inter quos eſt Daniel Criſpinus Helvetius in notis ad Ovidii Faſt. L.vi. v.241.

Mens quoque Numen habet. Menti Delubra videmus
Vota metu belli perfide Pæne tui &c.

Et Gallæus , & Langlet ex Betulejo ; dicunt enim : *Attilius Prætor Menti ædem vovit anno* DXXXVIII. , *quo Sc. Q. Fabius Max. Veneri Erycinæ Liv. L.2. Dec.* iii. , quæ duo templa ſi Marliano credimus , unico canali diviſa fuere. pro noſtra emendatione vide quæ habent Glareanus, Sigonius, aliique ad laudata Livii Loca in Edit. Pariſ. an.1625.

14.

Magnum * Cicero , *audaxque conſilium ſuſce-*

* Cicer. ex Fragm. l.ii. de legat. *Cu-*

ſuſcepiſſe Græciam dicit, quod Cupidinum, & Amorum ſimulachra [a] *in gymnaſiis conſecraſſet.*

---

a *Cupidinum, & Amorum Simulachra.* Al. Cupidinis, & Amoris: male omnino, nam ex primo Carmine Ovidii L.iv.Faſtorum patet:geminos ſaltem Amores, ſeu Cupidines a Venere, genitos,coluiſſe Ethnicos

Alma fave vati geminorum mater Amorum.

Tres autem cum Cicerone de Nat. Deorum nos ſupra recenſuimus ad c.xi., & xvii. Adde Horat. Car. ode xix. v.i.

Mater Sæva Cupidinum,

Et L. eodem ode ii.9. videtur *Jocus* nomen eſſe uni illorum, dicit enim:

Sive tum avis Erycina ridens,
Quam Jocus circum volat, & Cupido.

15.

Adulatus eſt videlicet Attico [a], & irriſit hominem familiarem. Non enim magnum illud, aut omnino conſilium dicendum fuit, ſed impudicorum hominum perdita, & deplorata nequitia, qui liberos ſuos, quos erudi-

---

a *Attico.* Is eſt Titus Pomponius Atticus Eques Romanus, Ciceroni, cui Sororem ſuam deſpondit, familiariſſimus, qui perturbatam Civitatem, Cinnanis, Sullaniſque partibus diſſociatam videns, Athenas ſe contulit, ubi ita ſe geſſit, ut Græce, & Latine tam vincta, quam ſoluta oratione loqueretur, tamquam ſi utrobique natus eſſet, & inter perfectiſſimos educatus.

re ad honeſtatem deberent b, proſtituerunt libidini juventutis: c a quibus flagitiorum deos, & in illis potiſſimum locis, ubi nuda corpora corruptorum luminibus patent, & in illa coli ætate voluerunt, quæ ſimplex, & improvida prius irretiri, & in laqueos poteſt cadere, quam cavere.

Quid

tus. Pacatis autem rebus Romanis, Romam remigravit A.V.C. DCLXXXVII. *L.* Cotta, & L. Torquato Coſſ., cujus diſceſſum ſic univerſa Athenienſium Civitas profecuta eſt, ut lacrymis deſiderii futuri dolorem indicaret. Vitam ejus elegantiſſime de more ſcripſit Cornel. Nepos. Cicero eidem XVI. Epiſtolarum libros dicavit, & Plinius ſecundus de eo mentionem facit L.XXXV. c.2. eumque vocat: *Atticus ille Ciceronis*. Et quidem de Imaginibus loquens, de quibus volumen indicat ab Attico conſcriptum.

b *Ad honeſtatem deberent*. Sic Aldus etiam. Al. *ad honeſta debebant*.

c *Proſtituerunt libidini juventutis*. In imaginibus inſpiciendis mirum quam Adoleſcentuli libenter delectentur, & quam alte phantaſiæ illorum ſimulacra illa imprimantur, quamobrem Scriptores plurimi numquam ſatis monent Patresfamilias, ut deletis, concrematiſque omnium turpitudinum imaginibus, filiorum ſuorum obtutibus præclariſſima Sanctorum Heroum facinora, ingenue expreſſa, ubique exponant. Mira eſt enim imaginum poteſtas ad irritandos animos intuentium, & Cæſaris exemplum poſt viſam Alexandri Macedonis effigiem pro omnibus poſſet ſufficere. Vide diſſ. XXXV. cap.iii. §.viii.

Cic.

16.

Quid mirum, ſi ab hac gente univerſa flagitia manarunt, apud quam vitia ipſa religioſa ſunt, eaque non modo non vitantur, verum etiam coluntur? Et ideo huic ſententiæ, tamquam Græcos prudentia vinceret, adjecit.

17.

Virtutes enim oportere, non vitia conſecrari. Quod ſi recipis, o M. Tulli, * non vides fore, ut irrumpant vitia cum virtutibus: quia mala bonis adhærent, & in animis hominum potentiora ſunt: quæ ſi vetas [a] conſecrari, reſpondebit tibi illa eadem Græcia, ſe alios deos colere, ut proſint: alios vero ne noceant. Hæc enim ſemper excuſatio eſt eo-

 rum

* Cic. l. 11. de legib.

a *Quæ ſi vetas conſecrari*. Bon., & Aldus: *quæ ſi vetuſtas conſecravit*: omnino male; Nam cum ſequentibus non bene congruit, & alii nobiſcum legunt.

b *Roma Rubiginem*. Paullo ſupra ex Plinio vidimus a Numa Pompilio inſtituta Rubigalia, & quo tempore celebrarentur. Varro L. 1. de re Ruſt. non Rubiginem Deam; ſed Deum *Robigum* appellat, & L. v. ll. eodem pariter modo eum nominat Servius ad Virg. Georg. l. i, v. 151, ; Quemadmodum, & Livius L. i.

rum, qui mala ſua pro diis habent, ut Romani [b] Rubiginem, ac Febrem [c].

L.i. in Numa, laudatus a Gallæo, & Langlet; Mihi tamen nondum apud Livium uſquam huiuſmodi nomen repertum. Ovidius in Faſtis L.iv. cum Lactantio loquitur.

Flamen in antiquæ lucum Rubiginis ibat,
Exta Canis flammis, exta daturus ovis.

Sic etiam Colum. L.x. de Re Ruſt.

Hinc mala Rubigo virides ne torreat herbas.
Sanguine lactantis vituli placatur, & extis.

De hac diverſitate hoſtiarum vide Salmaſii exercit. Plin.

c *Et Febrem*. Hanc habuiſſe ædem in Palatio dicunt Cicer. de Nat. Deor. L. iii. Valer. Max. L.ii. c.5. Plin. L.ii. cap.7. alii autem aſſerunt aram in Exquiliis, Fanum in Capitolio eidem fuiſſe dicatum; re vera tamen tria Fana Romæ erant Febri dicata; unum in capite Vici Longi, alterum in Palatio, tertium juxta monumenta Mariana. Et apud Ouzelium pag.97. inſcriptio habetur hujuſmodi:

FEBRI. DIVÆ. FEBRI. SANCTÆ.
FEBRI. MAGNÆ. CAMILLA. AMATA
PRO. FILIO. MALE. AFFECTO.

18.

Si ergo vitia conſecranda non ſunt, in quo tibi aſſentior: ne virtutes quidem. Non enim per ſe ſapiunt [a]: neque intra parietes, aut ædi-

a *Per ſe ſapiunt*. Aldus ſtatim addit:, *aut ſentiunt*.

In-

ædiculas luto factas [b], ſed intra pectus collocandæ ſunt, & interius comprehendendæ; ne ſint falſæ, ſi extra hominem fuerint collocatæ.

b *Intra parietes, aut ædiculas luto factas*. In Codice noſtro Bon. non ædiculas; Sed *ædificatiunculas*, per contractum verbum *ædificunculas* cum ſigno ſuperpoſito legitur, quod qui vocabulum neſciebat, duobus characteribus abraſis, in *ædiculam* commutarunt, Cæterum latinum vocabulum eſt, & Ciceroni uſitatum, Ad Q. Fratrem l. 3. Epiſt. 1. *Quæſivique ex eo quid de illa ædificatiuncula laterii, de qua mecum locutus es, mandaviſſes*: idem tamen ſignificant; ſcilicet parva ædificatio, quæ vel ex lateribus, vel ex luto conſtruebatur, tam privata, quam publica utilitate, & erat veluti appendix ædium Sacrarum; ideo Paul. I.C. in L. Sacrileg. ad L. Jul. Pecul. ait: *Sunt autem Sacrilegi, qui publica Sacra compilaverint; ac qui privata Sacra, vel ædiculas incuſtoditas tentaverint, amplius quam fures, minus quam Sacrilegi*. In edit. Iſæana *cediculas*: peſſime.

19.

Itaque præclaram illam legem tuam derideo, quam ponis in his verbis: *Aſt illa*, [a] *pro-*

a *Aſt illa*. Schottus, & Bunem. cum quibuſdam Mss., & editis *Aſt olla* quemadmodum in legibus antiquis dici conſueverat, & apud Virgilium aliquando, & ſic habet editio mea Elzeviriana operum Ciceronis.

Ea-

propter quæ datur homini aſcenſus in cælum, mentem, virtutem, pietatem, fidem, earumque laudem [b] *delubra ſunto.*

b *Earumque Laudem*. Turnebus ait, id eſt, rerum laude dignarum: rerum laudandarum, & virtutum; Sed non ad rem juxta ſenſum verborum; nam de virtutibus ipſis heic loquitur Cicero; quare malo legere *laudem*, ut eſt in editione laudata l. 11. de legibus. Laus enim ſi virtuti rependatur, virtus juſtitiæ eſt.

20.

Atqui hæc ſeparari ab homine non poſſunt. Si enim colenda ſunt, in homine ipſo ſint, neceſſe eſt: Si autem ſint extra hominem: quid opus eſt ea colere, quibus careas? Virtus enim colenda eſt, non imago virtutis: & colenda eſt non ſacrificio aliquo, aut thure, aut precatione ſolenni: ſed voluntate ſola, atque propoſito.

21.

Nam quid eſt aliud colere virtutem, niſi eam comprehendere animo, ac tenere? quod unuſquiſque ſimul ac cœpit [a] velle, conſequitur. Hic ſolus virtutis eſt cultus: nam religio, & veneratio nulla alia, niſi unius Dei tenenda eſt. Quid

a *Simul ac cœpit*. Al. *occæpit*. Al. *accæpit*.

Su-

22.

Quid igitur opus eſt, o vir ſapientiſſime, ſupervacuis extructionibus [a] loca occupare, quæ poſſint humanis uſibus cedere? quid ſacerdotes conſtituere vana, & inſenſibilia culturos? quid immolare victimas? quid tantos ſumptus vel fingendis, vel colendis imaginibus impendere?

---

a *Supervacuis extructionibus*. Id eſt Templis, Fanis, delubris, ædibus, aris, & cæteris hujuſmodi ædificiis, quæ falſis hiſce Numinibus paſſim Ethnici dedicabant.

23.

Firmius, & incorruptius templum eſt pectus humanum [a]: hoc potius ornetur: hoc veris illis numinibus impleatur.

---

a *Templum eſt pectus humanum*. 11. ad Corinth. c.vi. v.161.. *Qui autem conſenſus Templo Dei cum Idolis? Vos enim eſtis Templum Dei vivi, ſicut dicit Deus: quoniam inhabitabo in illis,& inambulabo inter eos &c.* & 1. ad Cor. c.iii. a.16. & ℣. vi. v.19. &c.

24.

Has ergo falſas conſecrationes ſequitur, quod neceſſe eſt. Qui enim virtutes ſic colunt, id eſt, qui umbras, atque imagines virtutum

tutum conſectantur; ea ipſa, quæ vera ſunt, tenere non poſſunt.

25.

Itaque nulla in quoquam virtus eſt, vitiis ubique dominantibus; nulla fides, omnia pro ſe unoquoque rapiente: [a] nulla pietas, nec conſanguineis, nec parentibus parcente avaritia, & cupiditate in venena, & in ferrum ruente: nulla pax, nulla concordia, publice bellis ſævientibus, privatim vero inimicitiis uſque ad ſanguinem furentibus: nulla pudicitia, libidinibus effrænatis omnem ſexum, & omnes corporis partes contaminantibus.

a Hæc ſunt ab Hobbianis notanda, de quibus diſſ.xxviii. cap.IV. a §.IV.

26.

Nec tamen deſinunt ea colere, quæ fugiunt, & oderunt. Colunt enim thure, ac ſummis digitis [a], quæ ſenſibus intimis colere debuerunt,

a *Ac ſummis digitis*. Sæpe Lactantius, ut ſcite notat Iſæus utitur hac phraſi, qua irridet Ethnicorum Religionem ad digitos pertinentem, utpote qui ſummis, & eminulis, ut ajunt, digitis, Sal, & thus comprehenſum in buſtum arę, aut in ignem jacere quum ſacrificabant, ſoliti erant. Prudentius in Eulalia, v.122.

Si modicum Salis eminulis,
Thuris & exiguum digitis,

Tan,

runt, qui error omnis ex illius principalis, ac ſummi boni ignoratione deſcendit.

Tangere, Virgo benigna velis,
Pœna gravis procul abſuerit.
Et Ovid. in Faſtis l ii. *v*.573.
Et digitis tria thura tribus ſub limine ponit.

27.

Urbe a Gallis occupata, obſeſſi in Capitolio Romani, cum ex mulierum capillis a tormenta feciſſent, ædem Veneri Calvæ conſecrarunt b.

Non

a *Ex Mulierum Capillis*. Vegetius de re Milit. l.4. c.IX. Capitolin. in Maxim. Jun. c.vii. Manſuc. in Notis ad Polyæn. L.viii. Stratag. c.LXviii. aliique narrant, quod Roma a Senonibus Gallis incenſa, & Capitolio obſidione valida cinсto, quum milites Romani nervos, & funes ſibi in arcubus defeciſſe ad Sagittas longius ejaculandas animadvertiſſent, comas mulieribus abſciderunt, eiſque ad opus uſi, hoſtes ad fugam compulerunt. Neque ſolos Romanos ad hanc neceſſitatem adegit inopia militarium inſtrumentorum; ſed de Carthaginienſibus Florus L.ii. c.15., de Soloniis Cæſar Bel. Civ.3. L.3. c.8., de Aquilejenſibus Capitolinus ubi ſupra diſerte narrant. De Byzantinis autem Dio in Severo etiam refert rudentes factos fuiſſe ex retortis mulierum crinibus. Vide Ariſtidem in Rhodiaca.

b *Ædem Veneri Calvæ conſacrarunt*. S. Cyprianus de van. Idol. inquit. *Eſt Venus Calva. Multo heic*

tur-

turpius Calva, quam apud Homerum vulnerata. Scheid. de Diis Germ. Pitiſc. in Lex. Servius vero ad Virg. l. i. æn. v. 724. ait: Licet alii *Calvam Venerem*, quaſi puram tradunt, alii Calvam, quod Corda Amantum Calviat, id eſt, fallat, atque eludat. Quidam dicunt porrigine olim capillos cecidiſſe fæminis, & Ancum Regem ſuæ uxori ſtatuam Calvam poſuiſſe, quod conſtitit piaculo: nam mox omnibus fæminis capilli iterum renati ſunt; unde inſtitutum, ut Venus calva coleretur.

28.

Non igitur intelligunt, quam vanæ ſint religiones, vel ex eo ipſo, quod eas his ineptiis cavillantur.

29.

A Lacedæmoniis fortaſſe didicerant, deos ſibi ex eventis fingere, qui quum Meſſenios obſiderent, & illi furtim deceptis obſeſſoribus, egreſſi, ad diripiendam Lacedæmonem cucurriſſent; a Spartanis mulieribus fuſi, fugatique ſunt.

30.

Cognitis autem hoſtium dolis, a Lacedæmonii

a *Hoſtium dolis*. Al. *inſidiis*. Nobiſcum legunt Aldus, & Schottus.

nii ſequebantur. His armatæ mulieres obviam longius exierunt, quæ cum viros ſuos cernerent parare ſe ad pugnam, quod putarent Meſſenios eſſe, corpora ſua nudaverunt.

31.

At illi uxoribus cognitis, & aſpectu in libidinem concitati, ſicut erant, armati permixiſti ſunt utique promiſcue: nec enim vacabat diſcernere.

32.

Sicut juvenes ab iiſdem antea miſſi a, cum *Vir-*

---

a *Sicut Juvenes ab iiſdem antea miſſi*. Sic Schottus, & Aldus. Al. *Sic juvenes &c.*, Al. *admiſſi* quod valde approbat Iſæus, etſi Latinus Latinius abſurdum id reputet. Utrumque tamen rem explicat ſi tota recitetur hiſtoria, quam ſic narrat Juſtinus L.iii. cap.iv. In quodam ſolemni Meſſeniorum Sacrificio, ad quod celebrandum Lacedæmones advenerant, plurimæ Lacedæmoniæ virgines paſſæ ſunt ſtuprum. Rex Telecus interfectus, & mutuæ privatorum injuriæ ſubortæ. Hiſce de cauſſis Lacedæmones bellum inferunt Meſſeniis, graviſſima execratione obſtricti; non prius quam Meſſeniam expugnaſſent ſe in urbem patriam reverſuros. At decem jam tranſactis annis fruſtra obſidionem tenentes, veriti ne ſibi magis, quam obſeſſis nocerent, Juvenes eligunt, qui poſt jusjurandum in ſupplementum venerant, quibus Spartam remiſſis, pro-

Virginibus, ex quibus ſunt *Partheniæ* [b] nati, propter hujus facti memoriam ædem Veneri Armatæ, ſimulachrumque poſuerunt [c]. Quod tametſi ex cauſſa turpi venit: tamen honeſtius videtur, armatam Venerem conſecraſſe, quam calvam.

Eo-

---

promiſcuos omnium *Fæminarum* concubitus permiſere, ad ſobolem quantocius multiplicem ſuſcipiendam. Hac ſuppoſita hiſtoria dicit Lactantius, quod cognitis Meſſeniorum dolis, qui urbe clanculum relicta, Spartam ibant depopulaturi, Lecedæmones eos inſequuntur, & ſuis viſis uxoribus, ſibi obviantibus, uti erant armati, eis promiſcue ſunt admiſſi, ſicuti antea fecerant juvenes ab iis *miſſi* cum Virginibus, ſcilicet, promiſcue eis abutentes. Sive ergo legas *antea miſſi*, ſive *antea admiſſi*, idem erit verborum ſenſus. Id nota, quod ubi apud Juſtinum dicitur, datam eſſe Juvenibus facultatem abutendi Mulieribus, Strabo l.vi. hanc authoritatem pro ſolis Virginibus datam narrat, ideoque diverſo charactere verbum illud deſcripſimus, & Strabonis narrationem, tam ad Lactantii mentem, quam ad Partheniorum denominationem, omnino retinendam eſſe judicamus.

b *Partheniæ nati*. Al. *Parthenii*. Schottus, & Aldus nobiſcum legunt.

c *Ædem Veneri Armatæ*, *ſimulachrumque poſuerunt*. Pauſan. L. iii. in Lacon.. *Non longe*, inquit, *collis eſt*, *non utique magnus*, *in eo pervetus ædes*, & *ſignum armatæ Veneris*, quod ferreum fuiſſe tradit Nonnius L.xxxv. *Dionyſiacorum*. Romani quoque ſuam Venerem armatam coluere, Sypontinus enim

in

*in Corn.*Col.311.hæc habet. *Myrthea Verbena Romanos, Sabinoſque quum propter raptas virgines dimicaſſent, depoſitis armis pacificatos fuiſſe commemorant, eo in loco, qui poſtea ſigna habuit VENERIS CLUACINÆ. Cluere enim Veteres pugnare dicebant.* Hanc cave ne confundas cum Cloacina, de qua ſupra, quæ a Cloaca dicta eſt.

33.

Eodem tempore Jovi quoque Piſtori [a] ara poſita eſt, quod eos in quiete monuiſſet, ut ex omni frumento, quod habebant, panem facerent, & in hoſtium caſtra jactarent: eoque facto ſoluta eſt obſidio, deſperantibus Gallis inopia ſubigi poſſe Romanos.

a *Jovi Piſtori.* Al. *Paſtori.* Sed peſſime; fit enim mentio de hiſtoria, quam narrat Livius L. v. c. XLVIII. *Quum identidem Galli famem obiicerent, eaque neceſſitate ad deditionem vocarent, dicitur, avertendæ ejus opinionis cauſſa, multis locis panis de Capitolio jactatus eſſe in hoſtium ſtationes*; quod etſi minime Romanis profuiſſet; tamen Ovidius in Faſtis L.vi. 380.

Jaciunt cereclia dona . . . .
Jacta ſuper galeas ſcutaque longa ſonant.
Poſſe fame vinci ſpes excidit: hoſte repulſo
Candida Piſtori ponitur ara Jovi.

34.

Quæ iſta religionum deriſio eſt? ſi earum defenſor eſſem, quid tam graviter queri poſſem,

ſem, quam deorum nomen in tantum veniſſe contemptum, ut turpiſſimis nominibus ludibrio habeatur?

35.

Quis non rideat Fornacem deam? vel potius doctos viros celebrandis [a] Fornacalibus operari [b]? quis, quum audiat deam Mutam [c], tenere riſum queat? Hanc eſſe dicunt, ex qua

a *Fornacem Deam*. Ignoto quondam Romanis uſu panis, dicunt ſola pulte vixiſſe, eo tandem cognito fornacibus Deam præfecerunt, quam Fornacalem inde appellabant. Ovid. ubi ſupra

Sola prius furnis torrebant farra Coloni;
Et Fornacali ſunt ſua Sacra Deæ.

Nam ii. Faſt. v.525.

Facta Dea eſt Fornax; læti Fornace Coloni.
Orant, ut fruges temperet illa ſuas.

b *Fornacalibus operari*. Feriæ farris torrendi a Numa inſtitutæ fuerunt, quæ menſe Februario ſervabantur, Fornacalia appellatæ, & indicebantur a Curionibus, qui triginta erant juxta numerum Curiarum a Romulo conſtitutarum certa quadam formula. E.g.

Jovis Epulum cras eſt.
Lavatio Deum Matris eſt hodie.

Unde Ovidius ubi ſupra. v.527.

Curio Legitimis nunc fornacalia verbis
Maximus indicit &c.

Vide Struvium Syntag. Antiq. Rom.

c *Deam Mutam*. Scl., ut ſtatim explicat Lactantius,

qua ſint nati Lares: & ipſam, Laram nominant, vel Larundam. Quid præſtare colenti poteſt, quæ loqui non poteſt?

tius, Laram, vel Larundam, quam Deorum Larium matrem eſſe fabulatur Ovidius, eamque garrulam, loquacemque Nympham Tyberini fluminis ob indicatum Junoni Jovis adulterium, lingua privatam & in ſtygiam Paludem per Mercurium deportatam. Ibi quum ex eo geminos peperiſſet, ii ſunt, inquit, Poeta Faſtor l.ii. v.607.

. . . . . . Qui compita ſervant,
Et vigilant noſtra ſemper in Vrbe Lares.

36.

Colitur & Caca [a], quæ Herculi fecit indicium de furto boum, divinitatem conſecuta, quia prodidit fratrem: & Cunia, quæ [b] infantes in cunis tuetur, ac faſcinum ſum-

a *Colitur, & Caca*. Bon. Aldus, & Schott. *Cæca* aut *Cáca*. Servius ad Virg. æn. L.viii. v.190. notat, Caco, Vulcani Filio, Evandri Servo, furo, & latroni nequiſſimo, Sororem fuiſſe nomine Caca, quæ quum indicaſſet Herculi boves ab eo ſuffuratos, illumque prodidiſſet, ſacellum meruit, in quo eidem, quemadmodum Veſtæ, ſacrificabatur.

b *Cunia*. Sic Aldus, & Schottus. Ut in noſtro Codice, & in tribus Romanis. Alii *Cuna* Al. *Cuneæ* Al. *Cunena* quamplurimi *Cunina*, ſicuti S. Auguſtinus L.iv. de Civit. Dei cap.8., & xi. Deam vocatam eſſe dicit, quam infantium cunas tueri, Ethnici putabant,

ſummovet [c] : & Stercutus [d], qui ſtercorandi agri rationem primus induxit : & Tutinus [e], in cujus ſinu pudendo nubentes præſident, ut illarum pudicitiam prior deus delibaſſe videatur. Et mille alia portenta: ut [f] jam vaniores, qui hæc colenda ſuſceperint [g] quam Aegyptios eſſe dicamus, qui monſtroſa, [g] & ridicula quædam ſimulachra venerantur, & colunt.

Ea

bant. In quadam inſcriptione Gruteriana *Juno Cunina* dicitur pag. xcvi, & ideo fortaſſe illi additum hocce nomen, ne infantibus noceat, ſicut nocere curavit Herculi, Baccho, aliiſque Jovis filiis adhuc in cunis vagientibus. Vel quia ipſa Jovem in cunabulis ſervavit, ut ſupradiximus. *Cuniam* reſtituo authoritate non Codicum laudatorum ſolummodo, ſed etiam ex vocabuli ethymo; *CVNIRE enim*, ait Perottus in Cornuc. LL. col. 301. *eſt Stercus facere, tractus a Cunis infantium, quæ frequenter ſtercore foedantur. Unde a Cunio, Cunia etiam derivatur, quæ infantes tueatur in Cunis, & a Dea Cunia* Cuninæ vocabulum deductum.

c *Ac faſcinum ſummovet*. Faſcinum apud Grammaticos a fando deducitur, & etiam apud Theologos, & Canoniſtas uſurpatur pro quodam incantationis genere, quo ſive homines, ſive bruta animalia ad extremam maciem, ope dæmonis, Deo ſic permittente, aliquando deveniant. Oculorum intuitu id fieri poſſe putavit Virgil. Ecl. iii v. 103.

Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.

& mala lingua induci, ſi ultra placitum, & ultra meritum

ritum laudaverit, idem aſſerit Ecl.vii. v.27.

. . . . . Baccare frontem

Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Ubi Servius. *Quicquid ultra meritum laudatur, dicitur faſcinari . . . Baccar herba eſt ad depellendum faſcinum.* Plin. l.vii. cap.2. *In eadem Africa familias quaſdam effaſcinantium, Iſigonus, & Nymphodorus tradunt: quarum laudatione intereant probata, areſcant arbores, emoriantur infantes. Eſſe ejuſdem generis in Triballis & Illyriis, adjicit Iſigonus, qui viſu quoque effaſcinent, interimantque quos diutius intueantur, iratis præſertim oculis, & id malum facilius ſentire pueros.* Ad hujuſmodi malum avertendum, quemadmodum ad regerendam in authorem invidiam, pluribus ſuperſtitionibus utebantur Ethnici. E. g. *Faſcinationes repercutimus ſiniſtræ, dexteræque claudicantis occurſu . . . . extranei interventu, aut ſi dormiens ſpectetur infans, a nutrice ter adſpui, quamquam religione MV tueatur.* Plin. l.xxviii. c.iv., unde Lucilius in fragm.

Nec laudare quemquam, nec MV facere.

Ideoque quum quis rem aliquam laudare vellet ex animo, exigebant, ut laudationi præmitteretur hoc verbum. *Præfiſcini*, id eſt ſine faſcino. Titinius in Setina.

A. Paula mea, amabo.

B. Pol. tu ad laudem additto: *Præfiſcini*

Ne Puella faſcinetur.

Illud autem turpiuſne, an magis ridiculum fuerit amuletum ad faſcinum amoliendum, judicent Cordati, de quo Varro apud Turneb. Adverſ. cap.28. l.9. *Pueris turpicula res quædam in collo ſuſpenditur, ne quid obſit, bonæ ſcevæ cauſſa.* Triumphantium Curribus, Hortorum foribus, ac Pecudum caulis eadem

Google

res appendebatur ad idem præſtandum, ut ex Plin. laudatis locis facile coniicitur.

Ac Faſcinum ſubmovet. Item non ſolum faſcinum appellabant Ethnici malum illud, de quo ſupra; ſed etiam ipſum contra faſcinum remedium, ac Numen illud, quo ab eo ſe putabant tueri, Faſcinus dicebatur Pl. l.xxviii. cap.14.; *Et Faſcinus Imperatorum quoque, non ſolum infantium cuſtos, qui Deus inter Sacra Romana, a Veſtalibus colitur, & currus triumphantium ſub his pendens defendit; medicus invidiæ, jubetque eoſdem reſpicere.* Si autem ſcire cupis quidnam fuerit id, quod *turpicula res dicitur a Varrone*, en idem Plinius l. xix. cap. iv. id docens *in remedio* SATYRICA SIGNA, quæ a Salmaſio ibidem non pro Satyrorum perſonis pictis, ſive fictis, ut perperam quidam expoſuerunt, ſumi jubet; ſed pro quo Horatius Epod.viii. v.18. Faſcinum uſurpat. Vide Salm. n.310. an & inde collige, quænam fuerit Ethnicis fædiſſima illa Dea, quam præeſſe putabant Infantium Cunis, quare lectionem noſtri Codicis præferamus. Sapientibus loquor.

d *Et Stercutus.* Mirifice variant heic Ms & editi libri, immo & de hoc Numine ſcriptores. Alii enim id dicunt *Sterculius* Al. *Stercutius* Al. *Sterculus* Al. *Sterculinus*. Al. *Stercus* Al. *Stercarius* Al. *Stercautus*. Al. *Stercullius*, & *Stercen* ut ait S. Auguſtinus lib.xviii. de Civ. Dei cap.15. unde optime Bunem. *Scarabæo critico opus eſt in vero Dei Stercorei nomine eruendo.* Italiam noſtram hujus foetidiſſimi Numinis authorem fuiſſe, tradit Plinius l.xvii. cap.9. . *Augeas Rex in Græcia excogitaſſe traditur;* de re ſtercoraria agris foecundandis loquitur, *divulgaſſe vero Hercules in Italia, quæ Regi ſuo Stercutio, Fauni filio, ob hoc inventum immortalitatem tribuit.* De eo Prudentius Laurentio v. 450. Ja-

Janum bifrontem , & Sterculum colit Senatus.

Hunc Saturnum plurimi fuiſſe putant , quem , ut inquit Macrob. in Saturn. l. c.vii. *Romani Sterculium vocant, quod primus ſtercore foecunditatem agris comparaverit.* S. vero Auguſtinus loco ſuperius laudato ſic habet ad Lactantii locum apprime aptum : *Sed hæc* (Scil. de Saturno dicta) *poetica opinentur eſſe figmenta ; & Pici Patrem Stercen potius fuiſſe aſſeverent, a quo peritiſſimo Agricola inventum ferunt , ut fimo Animalium agri foecundarentur : quod ab ejus nomine* STERCUS *dictum eſt : unde & hunc quidam Stercutium vocatum ferunt.* Quando autem , & in qua Italiæ parte regnaverit, dicemus infra cap.xxii.

e *Et Tutinus* . Al. *Mutunus* . Al. *Tutunus* . Al. *Motunus* . Al. *Totunus*. Quocumque autem modo appellaretur , Is infandum illud Numen eſt , cui apud Siculos , Aeolicos, & Græcos Priapus nomen eſt &c. vide Tertul. in Apol. c. 21. Arnob. l. 4. S. Auguſt. de Civ. Dei l. iv. c. 9. ne alios commemorem de eo impudentius agentes .

f *Et mille alia portenta* . *Portentum* . Latinum vocabulum eſt a verbo *portendo portendis* , & proprie, rem præmonſtrare futuram ſignificat ; quia tamen Ethnici plurima afferebant portenta , quæ inania prorſus , & ridicula eſſe ſapientores inter ipſos exploraverant , hinc factum eſt , ut ad ſignificandum quicquid vanum eſſet , ac irridendum uſurparetur. Cicer. i. Tuſcul. Aut &c.

Aut quid negocii eſt hæc Poetarum , et Pictorum portenta convincere ?

De iis ſi lubet, conſule S. Auguſt. locis citatis , & Minuc. Fel. in Oct. cap.xxv.

g *Quam Aegyptios* . De Numinibus Aegyptiis ſi

agere deberemus; volumen nobis ſatis amplum eſſet heic perſcribendum; de eis ſi quid ſcire cupis adeſis Ath. Kircherium tom. i. Oedipi Aegyptiaci. Villalpandum ad Ezechiel. tom. i. a pag. 123. Juræum in hiſtoria rituum, & Jovet Gallice an. 1710. quatuor voluminibus editis iſtorum omnium Religionum eruditiſſime ſcribentem, quam nuper latinis literis donatam, & Auguſtæ Vindelicorum editam audivimus; ſed nondum ad manus noſtras perveniſſe dolemus. Adde *Pantheon Aeg.* Pauli Jablonski.

h *Monſtroſa*. Al. *monſtruoſa* minus latine. Heumannus heic: *Monachi medio ævo dicebant Monſtruoſa* qui ſi tunc vixiſſet, ſub illorum diſciplina vel non deſipuiſſet, vel pœnas dediſſet ſuæ loquacitatis.

37.

Et hæc tamen haberit aliquam imaginem. Quid, qui lapidem colunt informem, atque rudem [a], cui nomen eſt Terminus [b]? Hic

a *Quid qui* Al. *quid quod* non bene.

b *Cui nomen eſt Terminus*. Ovid. in Faſt. L. II. v. 494.

Nox ubi tranſierit ſolito celebretur honore,
Separat indicio qui Deus arva ſuo.
Termine ſive lapis, ſive es defoſſus in agro,
Stipes ab antiquis ſic quoque nomen habes.

Feſta ejus, quæ celebrabantur VII. Kal. Martias juxta Conſtantini M. Kalendarium, Terminalia dicebantur, tantoque cæremoniarum apparatu fiebant, ut vix alicui Numini umquam apud Gentes ſic litatum ſit, ſive publico, ſive privato ritu. In primis indicta per Prætorem die conveniebant camporum domini ad Terminum

Hic eſt; quem pro Jove Saturnus dicitur devoraſſe, nec immerito illi honos tribuitur.

minum ſuum, eique duas coronas, totidemque liba offerebant. Poſito Altare, igne accenſo, ac ſudibus æquali diſtantia poſitis, ſenior illorum de ſingulis agrorum frugibus partem aliquam in ignem mittebat. Hinc cæſo Agno, etſi Numa ab omni cæde, & ſanguine conſervari terminum immunem voluerit, eum tamen vino, & cruore ter undique perfundebant, cantantibus colonis, & choreas circumducentibus. Jis deinde finitis, communibus epulis diem reliquum dabant. Senatus autem ſuos mittebat Flamines ad ſextum ab urbe Lapidem, qui poſitus erat in via Laurentina, Appiam inter, & Hoſtienſem ſita, ubi hoſtias publico nomini litabant; memores eum fuiſſe antiquitus Romani imperii Limitem, quem paulatim ad ultimas Orbis oras extenderunt.

38.

Nam quum Tarquinius [a] Capitolium facere vellet, atque in eo loco multorum deorum ſacella eſſent: conſuluit eos per auguria, utrum Jovi cedere vellent, & cedentibus cæteris, ſolus Terminus manſit. Unde illum poeta:

Capitolj immobile ſaxum [b] *vocat*.

V 4 Jam

a *Nam quum Tarquinius*. Sclt. Priſcus, de quo ſupra.

b *Immobile ſaxum*. Virgilius l. ix. æn. 448.

Dum

Lum Domus Aeneæ Capitolj immobile ſaxum
Accolet &c.

& Ovidius ubi ſupra.

Quid nova quum fierent Capitolia? nempe Deorum
Cuncta Jovi ceſſit Turba, locumque dedit.
Terminus, ut veteres memorant, conventus in æde
Reſtitit, & magno cum Jove tecta tenet.
Nunc quoque, ſe ſupra ne quid niſi Sydera cernat:
Exiguum templi tecta foramen habent.

39.

Jam ex hoc ipſo vides, quam magnus Jupiter invenitur, cui non ceſſit lapis, ea fortaſſe fiducia, quod illum de paternis faucibus liberaverat [a].

a *De paternis faucibus liberaverat*. Ad Hygini fabulam cxxxix. alludit, ubi dicitur, Saturnus quum Opem uxorem ſuam rogaſſet ad ſe natum puerum adferre, pro eo lapidem illa attulit pannis involutum, dum interea Juno fratrem detulit in Cretam.

40.

Facto itaque Capitolio, ſupra ipſum Terminum foramen eſt in tecto relictum: ut, quia non ceſſerat, libero cælo frueretur, quo ne ipſi quidem fruebantur, qui lapidem frui putaverunt.

Et

41.

Et huic ergo publice ſupplicatur, quaſi cuſtodi finium deo: qui non tantum lapis, ſed etiam ſtipes interdum eſt.

42.

Quid de iis dicas, [a] qui colunt talia? niſi ipſos potiſſimum, lapides, ac ſtipites eſſe?

a De his omnibus vide diſſ.xxvii.cap.iv.

CAP. XXI.

1.

Diximus de diis ipſis, qui coluntur, nunc de ſacris, ac myſteriis eorum, [a] pauca dicenda ſunt. Apud Cyprios: humanam [b] hoſtiam Jovi Teucrus immolavit, idque

a *De Sacris, ac myſteriis eorum*. Vide de iis diſſ. xxvii. cap.viii, ſeq.

b *Apud Cyprios*. Al. *Apud Cypri Salaminem*. Jam ſupra diximus, Cyprum Inſulam eſſe in Mari Aegeo Aſiatico nobiliſſimam, in qua Salamis Urbs maritima ad litus orientale, a Teucro Talamonis Filio Ajacis Fratre, Achillis patruele condita, quum exul eſſet; Hæc poſtea Conſtantia appellata eſt Imperatore Conſtantio.

Ha-

idque ſacrificium poſteris tradidit: quod eſt nuper Hadriano imperante ſublatum [c].

c *Hadriano imperante ſublatum*. *Aelius Hadrianus*, ait Sextus Aurel. Victor in Epitom. c. XIV. *Stirpis Italicæ, Aelio Hadriano Trajani Principis conſobrino, Adriæ orto, genitus, quod Oppidum agri Piceni, etiam mari Adriatico nomen dedit, imperavit annis* XXIV. &c. De eo plura Spartianus, quem noſter Epitomiſta ſequitur, Dio, & Eutropius; apud quos etſi mentio nulla fiat de antiquato humani ſanguinis Sacrificio, ut Betuleſius annotat, non tamen Cellario: *dicendum* erat, *hiſtoriæ ſilent*. Nam Ammianus Marcellinus primo libro ex iis, qui ſuperſunt, nempe XIV. hiſtor., dilucide rem narrat a Lactantio commemoratam; cui nil mirum, ſi Hadriani geſta notiora erant, quum ex eadem Provincia una traheret originem. Hanc gloriam, non ignoro, nonnulli nobis denegant; at quanta id injuria fiat, cordati judicent expenſis hiſtoriæ monumentis. Quoad Lactantium, jam in diſſert. noſtra XI. ſatis a nobis de ejus Patria dictum eſt. Ad cap. XVIII. primum Argumentum dedimus, ex ipſius verbis depromptum, ad excludendam opinionem illorum, qui ex leviſſimis conjecturis eum Afrum fuiſſe, aut crediderunt, aut ſuſpicati ſunt. Attende nunc ſecundum argumentum, quod heic nos daturos eſſe polliciti ſumus, nam ab hiſce periochis facile deſumitur fortiori inductione.

2.

Erat lex apud Tauros [a], inhumanam, & fe-

a *Apud Tauros*. In Tartaria minori Taurica cherſoneſus eſt, Ponto Euxino undique, & Palude mæotide

feram gentem ᵃ, uti Dianæ hoſpites immolarentur: id ſacrificium multis temporibus celebratum eſt. Galli Eſum, atque Teutatem ᵇ humano cruore placabant.

Nec

---

tide cincta; niſi quod Paludem inter & Pontum, Boſphorus Cimmerius excurrit. Scythæ aliquando, nunc Tartari Terram incolunt, quos Dianam Tauricam hoſpitum ſanguine placaſſe, Juvenal. Satyr. xv., Prudentius lib. contra Symmac. Minuc. Felix. c.xxx. aliique paſſim teſtantur; Prudentius autem authorem barbari hujuſce moris Thoantem regem fuiſſe dicit. Ovidius, qui haud procul exulabat in Urbe Tomitana, hæc l.iv. Triſt. El.4. refert.

Nec procul a nobis locus eſt, ubi Taurica dira
Cæde pharetratæ paſcitur ara Deæ.
Hæc prius, ut memorant, non invidioſa nefandis;
Nec cupienda bonis, regna Thoantis erant.

Ibi mactandus jam jam erat Oreſtes Agamemnonis filius, qui ob interfectam matrem furiis actus in Tauricam regionem pervenerat una cum Pylade fidiſſimo ſibi familiari; ac com ite; niſi Iphigenia Soror ejus, quæ Sacerdos Dianæ erat, fratre cognito, ambos liberaſſet, & ſecum Ariciam uſque Sanguinarium Simulacrum fugientes aſportaſſent. Vide Servium ad Virg. l.ii. ænd. v.116. totam fabulam narrantem. Item l.iii. 331., & l.vi. v.136.

b *Galli Eſum, atque Teutatem.* Appoſite de utroque Lucanus l.i. Pharſ.144.

Et quibus immitis p'aeatur Sanguine diro.
Teutates, horrenſque feris Altaribus Eſus.
Et Tauris Scythiæ non mitior ara Dianæ.

Non

Non autem cum Cellario ad Cæſar. l. iv. Bell. Gallici c. xvi. Eſum eſſe Martem, Teuthatem autem Mercurium. Vide diſſ. xxii. c. iv.

3.

Nec Latini quidem hujus immanitatis expertes fuerunt, ſiquidem Latialis Jupiter [a] etiam nunc ſanguine colitur humano.

a *Latialis Jupiter*. Qui etiam Latiaris dicitur, ut apud Tacitum l. iv. ann. c. 68., & 69. ubi *Latiaris* appellatur Latinius, Prætura functus. Erravit heic Cellarius, cui viſum eſt hocce Sacrificium fieri in Amphitheatrali munere, auſpicandi cauſſa; ideoque noxios, & damnatos homines mactari victimarum loco conſueviſſe. Nam Dionyſio Halicarnaſſeo Rom. Ant. l. i. teſte, inhumanum illud Sacrificium in Monte Albano a Tarquinio ſuperbo fuerat inſtitutum.

4.

Quid ab his boni precatur, quibus ſic ſacrificant? Aut quid tales dii hominibus præſtare poſſunt, quorum pœnis propitiantur? Sed de Barbaris non eſt adeo mirandum [a], quo-

a *Sed de Barbaris non eſt adeo mirandum* . . . *Noſtri vero* . . . En tibi locus manifeſtus, quo Lactantium non Afrum, ſed Italum cognoſcas authorem; ipſe enim heic quatuor diverſarum nationum Po-

quorum religio cum moribus congruit. Noſtri vero, qui ſemper manſuetudinis, & humanitatis gloriam ſibi vendicarunt: nonne ſacrilegis his ſacris immaniores reperiuntur?

Populis recenſitis, eos diſtinguit, antiquorum more, in barbaros ſcilicet extraneos, & in ſuos, nempe Conterraneos: dicens de Barbaris non eſt mirandum, quia mores habent religioni ſanguinariæ congruentes; ſed potius mirandum eſſe de noſtris Italis, Latinis, atque Romanis, qui præ cæteris manſuetudinis, & humanitatis gloriam ſibi vendicarunt, qui bonarum artium ſtudiis à Numæ temporibus expoliti adeo ſecutis temporibus præcellebant; & tamen antiquo, & quidem in Latio, hocce Sacrificii genere Saturnus placabatur, & Latialis Jupiter etiam ibidem ſanguine colebatur humano. Quid clarius deſiderari poterat ab eo, qui Patriam aperte indicare voluiſſet?

5.

Hi enim potius ſcelerati ſunt habendi, qui, quum ſint liberalium diſciplinarum ſtudiis expoliti, ab humanitate deſciſcunt, quam qui rudes, & imperiti ad mala facinora bonorum ignoratione labuntur.

6.

Apparet tamen, antiquum eſſe hunc immolandorum hominum ritum: ſiquidem Satur-

turnus in Latio eodem genere ſacrificii cultus eſt, non quidem ut homo ad aram immolaretur, ſed uti [a] in Tyberim de ponte Mulvio mitteretur.

---

a *Sed ut in Tyberim de Ponte Mulvio mitteretur.* De hac hiſtoria diſſervimus diſſ.xxvii. cap.viii.

7.

Quod ex reſponſo quodam factitatum, Varro author eſt: cujus reſponſi ultimus verſus eſt talis.

Καὶ κεφαλὰς [a] Ἅδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

---

a Al. diverſimode legunt. Vide in diſſ. ubi ſupra.

8.

Quod quia videtur ambiguum: & fax illi, & homo jaci ſolet. Verum id genus ſacrificii ab Hercule, cum ex Hiſpania rediret, dicitur eſſe ſublatum, ritu tamen permanente, ut pro veris hominibus imagines jacerentur ex ſcirpo: ut Ovid. in Faſtis docet [a]:

Do-

---

a *Ut Ovidius in faſtis docet.* At Ovidius iis carminibus, quæ a Lactantio referuntur, hocce diſticon ex Oraculo præponit.

Falcifero libata ſeni duo corpora Gentes,

Mit-

Donec in hæc venit Tirynthius arva, quotannis,
Triſtia Leucadio ſacra peracta modo.
Illum ſtramineos in aquam miſiſſe Quirites.
Herculis exemplo corpora falſa jaci b.

Mittite; quæ Tuſcis excipiantur aquis.

b *Jaci* Al. *jace*; nam *i* apponitur pro *e* eadem manu.

9.

Hæc ſacra Veſtales virgines faciunt: ut ait idem:

Tum quoque priſcorum virgo ſimulachra virorum
Mittere roboreo ſcirpea ponte ſolet.

Nam de infantibus a qui eidem Saturno immolabantur propter odium Jovis, quid dicam, non invenio.

a *Nam de Infantibus* &c. Saturnus, qui Græcis Κρόνος, cum Hebræorum Molock aras communes habuiſſe, & nefanda illa Sacra, ut bene vidit Seldenus, e Syria in Europam migraſſe videntur; nam de Poenis inquit Ennius apud Feſtum Marcellum.

Ille ſuos Divis mos Sacrificare puellos.

Addit his Plutarchus, quod qui liberis carebent, a pauperibus ſibi eos pretio comparabant ad ſacrificandum, & ex Tertulliano in Apol. cap.9. Scimus morem hunc penes Afros palam agitatum eſſe uſque ad proconſulatum Tiberii Cæſaris. Quæ

10.

Tam barbaros, tam immanes fuiſſe homines, ut parricidium ſuum, id eſt tetrum, atque execrabile humano generi facinus ſacrificium vocarent: quum teneras, atque innocentes animas, quæ maxime eſt ætas parentibus dulcior [a], ſine ullo reſpectu [b] pietatis extinguerent, immanitatemque omnium beſtiarum, quæ tamen foetus ſuos amant, feritate ſuperarent.

a *Quæ maxime eſt ætas Parentibus dulcior*. Singularis conſtructio, inquiunt aliqui penes Bunem. *maxime. Dulcior pro maxime dulcis*; Sed ipſe eſt, qui male conſtruit; nam Lactantius ibi intelligit, Filios eſſe ſemper Parentibus amabiles; ſed maxime in illa ætate, in qua propter teneritudinem, & innocentiam ſolent eis eſſe chariores.

b *Sine ullo reſpectu pietatis*. Scil. *amoris* inquit Bunem, ſed male, pietas enim eſt virtus illa, quæ reſpicit proprium ſanguinem, & a Deo præcipitur. *Sanguinem tuum ne deſpexeris*.

11.

O dementiam inſanabilem! quid illis iſti Dii amplius facere poſſent, ſi eſſent iratiſſimi, quam faciunt? quum ſuos cultores parricidiis inquinant, orbitate mactant [a], humanis ſenſibus ſpoliant?

Quid

a *Orbitate Mactant*. Al. *Orbitatibus*.

Pe-

12.

Quid poteſt eſſe his hominibus ſancti? Aut quid in profanis locis facient, qui inter aras deorum ſumma ſcelera committunt?

13.

Peſcennius Feſtus [a] in libris hiſtoriarum per faturam [b] refert, Carthaginienſes Saturno humanas hoſtias ſolitos immolare: & cum victi eſſent ab Agathocle rege Siculorum, iratum ſibi Deum putaviſſe: itaque, ut diligentius piacula ſolverent, ducentos nobilium filios immolaſſe.

---

a *Peſcennius Feſtus*. Langlet ait heic: *De hoc nil legitur apud Authores, ne quidem apud G. Gyraldum, Unde lectio hæc apud multos habetur ſuſpecta*. Vide de eo diſſ. XL. cap. XXII. §. XIX.

b *Per ſaturam* Al. *per ſatyram*.

14.

Tantum relligio potuit ſuadere malorum, *
Quæ peperit ſæpe ſceleroſa, atque impia facta *

X Cui

---

* Lucr. l 1. v.102.

* Idem l.1. v.84. Prima, & tertia vox eſt Lucretii.

Aga-

15.

Cui ergo dementiſſimi homines illo ſacrificio conſulebant? quum tantam partem civitatis occiderent, quantam fortaſſe nec Agathocles a victor occiderat.

---

a *Agathocles*. Ex Patre ſingulos in Sicilia olym. cxiii. an. 3. natus, Adoleſcentiæ, quam nefandorum vitiorum fœce inquinaverat, annos egreſſus, latro, pirata, miles, & exul fuit apud Murgantinos, qui Syracuſanorum odio eum primum Prætorem, mox Ducem crearunt. Hic contra Syracuſanus pugnans, Civitate illorum occupata proditore Hamilcare, Senatum per fraudem convocatum ſexcentornm pene virorum, ſe inſidiis appeti ſimulans, a ſuis obtruncari jubet; ac finitimis omnibus, dolis, vi ac ſævitia ſubactis, Siciliæ Tyrannus efficitur, & priori Dionyſio ſucceſſit. Poſtquam bis Karthaginenſes vicerat, ab eis tandem, tertio commiſſo prælio victus, Brutios fatigare cæpit, a quibus tamen quum nihil impetrare poſſet tandem moritur olym. cxxv. an. 1. ex Juſt. l. xxii., & xxiii.

16.

Ab iſto genere ſacrorum non minoris inſaniæ judicanda ſunt publica illa ſacra, quorum alia ſunt Matris Deum a, in quibus homines ſuis

---

a *Matris Deum*. Scil. ut ſupra diximus *Rheam*, ſeu *Cybelem*, *Berecinthiam* &c. de Sacrificio, quod ci

ſuis ipſi virilibus litant: amputato enim ſexu nec viros ſe, nec fæminas faciunt. Alia Virtutis, quam [b] eandem Bellonam vocant: in quibus ipſi ſacerdotes [c] non alieno, ſed ſuo cruore ſacrificant.

X 2 Se-

ei Galli quondam facere conſueverant, jam diximus ad cap. XVII. Si plura cupis Vide Prudent. in Roman. Auguſt. de Civit. Dei l. VII. cap. 6.; Tatianum contra Gentes. Tertull. in Apologet. c. 9. ac 24. aliosque apud Comm. ibidem.

b *Alia virtutis. quam eandem Bellonam appellant.* Virtus, ut *viri vis a virilitate*, quæ etiam Ἐνυὼ Græcis, *fortis* Sabinis, Romanis Bellorum Dea erat, ante cujus templum ſtabat Columella, quæ bellica vocabatur, ſupra quam haſtam jaciebant, quum Bellum indicebatur, ex Feſto. De ea plura ad cap. XXIII. Epitom.

c *Ipſi Sacerdotes*. Tertullianus Apol. c. 9., & 24. ſicuti & Minutius Felix idem habent, niſi quod Lactantius heic dicit, hos ſanguinem fundere ſectis humeris, & Tertullianus *de femore*. Intellige tamen de toto corpore: nam furentes diſtrictis gladiis ſe ſe indiſcriminatim cruentabant. Ex Ælio Lampridio in Commodo colligitur, Bellonæ ſervientes vere execare brachium conſueviſſe ſtudio crudelitatis. De Sacerdotibus Baal dicitur III. Regum c. VIII. v. 28. *Incidebant ſe juxta ritum ſuum cultris, & lanceolis donec perfunderentur ſanguine*. Apud Turcas morem hunc adhuc vigere in publicis calamitatibus, retulerunt nobis, qui apud ipſos diu verſari ſunt.

Cur-

17.

Secti namque humeris, & utraque manu diſtrictos gladios exerentes currunt, efferuntur, inſaniunt [a]. Optime igitur Quintilianus in Fanatico [b]: *Iſtud*, inquit, *ſi Deus cogit, iratus eſt* *. Etiam ne hæc ſacra ſunt?

---

a *Currunt*, *efferuntur*, *inſaniunt*. Vellet heic Dempſterus, quem Gallæus ſequitur, pro *efferuntur* ſcribi *efferantur* ab *efferare*; Sed ſine codicum authoritate nihil immutandum; tum maxime quando lectionem bonam habemus; bene enim, & latine dicitur *aliquem efferri*, quum vehementiori paſſione is extimalatur; Cicero de Finib. l. v. c. 10. *iracundia efferuntur*, *& pro Cælio læſi dolent*, *irati efferuntur*, *pugnant laceſſiti*.

b *Quintilianus in Fanatico*. De eo Vide diſſ. XI. cap. XXII. §. XXXIII.

* Quint. in Fanatico jam deperdito.

18.

Non ſatius eſt pecudum modo [a] vivere, quam deos tam impios, tam profanos, tam ſanguinarios colere?

Sed

---

a *Non ſatius eſt pecudum modo*. Al. *non ne* . . *pecudum more*.

Iſidis

19.

Sed unde iſti errores, & hæc tanta flagitia manaverint, ſuo loco differemus, interim videamus & cætera, quæ carent ſcelere, ne ſtudio inſectandi videamur eligere pejora. Iſidis Aegyptia a ſacra ſunt, quatenus filium parvulum vel perdiderit, vel invenerit.

a *Iſidis Ægyptia*. Diximus de ea ad caput xi. ſed quia Gyraldus Syntagm. VIII. miratur Lactantium hoc loco filium Iſidis Oſirim feciſſe, quum Plutarcus, & Diodorus, non filium, ſed fratrem, ac maritum afferant, neceſſe eſt, Authores recenſere, quos ſecutus eſt id aſſerendo Lactantius, quod ante me luculenter præſtiterunt Iſæus num. 170., & Huetius Prop.iv.cap.x. demonſtr. Evangelicæ. Vide diſſ.xxviii. cap.iv. ſ.i.

20.

Nam primo ſacerdotes ejus deglabrato corpore a ſua pectora tundunt, lamentantur, ſicut ipſa, cum perdidit, fecerat. Deinde

a *Deglabrato corpore*. Herodotus in Euterpe dicit, tertio quoque die Sacerdotes Ægyptios corpus totum eradere, ne pediculus, vel pilus, aut alia ſordes deos colentibus ſtomachum moveat, & Plutarc. de Iſide addit, eoſdem Sacerdotes luctus cauſſa caput deradere, & glabrum totum corpus facere quoties Iſidi ſacrificant.

Digitized by Google

puer producitur quaſi inventus, & in lætitiam luctus ille mutatur, ideo Lucanus *b*:

. . . . *Nunquamque *ſatis quæſitus Oſiris c.*

---

b *Ideo Lucanus*. Pro Ovidio Lucanum poſuit Lactantius, inquit Iſæus, quem cæteri ſecuti ſunt omnes; at ego puto ex deperditis Lucani Poematibus hemiſtichion hocce eſſe depromptum; Nam M. Annæus Lucanus Cordubenſis, ſub Nerone Romanus Eques ac deinde Piſonianæ conjurationis particeps ſolutis venis, exire vita juſſus anno Chriſti LXV. ætatis ſuæ XXVII. plurima ſcripſit, quæ interciderunt; quorum catalogum exhibet Fabricius Bib. lat. l. ii. c. x. n. v. & Nicolaus Antonius Bib. vet. Hiſpan. l. i. a pag. 42. Non enim credam bis in hoc lapſum fuiſſe Lactantium, quum paullo infra de iiſdem Sacris loquens ait: *quod illum ipſum Poetam minime fugit*, & Carmina Lucani recitat ex lib. ix. Pharſalior. v. 158.

* Ovid. l. 9. Metam. v. 629.

c *Nunquamque ſatis quæſitus Oſiris*. A Triphone fratre occiſus Oſiris, diu a Matre, Sorore, & Sponſa quæſitus, tandem canum ſagacitate inventus, monumento conditur. Hinc apud Ægyptios ritus manavit, ut ſingulis Sacris cum fletu, & ejulatibus amiſſum Oſirim quæſituri prodeant, & mox cum lætitia, tamquam recuperato numine, canentes redeant.

21.

Semper enim perdunt, & ſemper inveniunt. Refertur ergo in ſacris imago rei, quæ vere geſta eſt, quæ profecto, ſi quid ſapimns,

mus, declarat mortalem mulierem fuiſſe, ac pene orbam, niſi unicum reperiſſet, quod illum ipſum poetam minime fugit, apud quem Pompejus adoleſcens, morte patris audita, hæc loquitur:

Evolvam buſto jam numen gentibus Iſim,
Et tectum lino ſpargam per vulgus Oſirim.

22.

Hic eſt Oſiris, quem Serapim, & Serapidem vulgus appellat. Solent enim mortuis conſecratis nomina immutari, credo, nequis putet eos homines fuiſſe.

23.

Nam, & Romulus [a] poſt mortem Quirinus dictus eſt, & Leda Nemeſis [b], & Cir-

a *Nam & Romulus*. De eo jam ſatis, ſuperque diximus ad cap.viii. Adde Florum l.i. cap.i. *Quirinum in cælo vocari placitum Diis*.

b *Et Leda Nemeſis*. Hyginus in Aſtron.c.viii.fabulam narrat,qua Jupiter Nemeſim ſub Oloris forma compreſſit, & ovum enixa, a Mercurio Spartam delatum eſſe, & Ledæ ſedenti in gremium projeciſſe,ex quo Helena, mulierum pulcherrima nata ſit; ſed Virgil., ut vult Scaliger, vel quiſquis ſit author antiquus, atque ex- poli-

ce Marica c : & Ino, poſtquam ſe præcipitavit d in mare, Leucothea, materque Matuta

politus Poematis, cui titulus eſt *Ciris* cum Lactantio ſenſit v. 440.

Ciris Amycleo formoſior anſere Ledæ.

Et Paraphraſtes Germanici in Cygno, & Pauſanias in Atticis.

c *Et Circe Marica.* Ms. Bon. Codex habet *Marigica*, Circes ſolis, & Perſeidis filia, ut inquit Hyginus in Præfat. quum Claucum primo, deinde Ulyſſem, a quo & decepta fuit, adamaſſet, idem dicit author, potione data homines in feras beſtias commutabat. fab. cxx. Eam Maricam dictam fuiſſe, Servius teſtatur ad Virg. l. xii. v. 164. ubi quum Poeta dixiſſet de Latino Romanorum Rege *ſolis Avi ſpecimen* annotavit, *ut etiam* in vii. diximus, ſecundum Heſiodum in *θεολογίᾳ*, Ulyſſis, & Circes filius fuit Latinus, & Circen., *multi etiam Maricam dicunt*.

d *Ino, poſtquam ſe præcipitavit.* Hyginus Fabula ii. rem ſic narrat. Ino Cadmi, & Harmoniæ filia, quum Phrixum, & Hellen, ex Nebula natos interficere voluiſſet, & Delphicum Oraculum eorum ſacrificium imperaſſe mentiretur, Athas Rex facinore cognito, uxorem ſuam Inoum, & filium ejus Melicerten Phrixo dedit necandos. Sed Liber Caliginem injecit, & nutricem ſuam morti ſubtraxit; non autem omnino a morte eripuit, nam illa cum filio in mare ſe præcipitavit; eam ergo Liber *Leucotheam appellari voluit, nos*, inquit author, *Matutam dicimus; Melicerten autem Deum Palæmonem, quem Portunnum dicimus.*

Polæ-

tuta , & Melicertes filius ejus Palæmon , atque Portunnus [e] .

e *Palæmon , atque Portunnus* . A Portubus dictus eſt , quibus ipſum præeſſe putabant Navigantes , & juxta Var. l.v. LL. habebat Romæ ſuas ædes , & Sacra ; quæ *Portunnalia dicta ſunt a Portunno , cui eo die ædes in Portu Tyberino facta , & feriæ inſtitutæ* .

24.

Sacra vero Cereris Eleuſinæ [a] , non ſunt his diſſimilia . Nam ſicut ibi Oſiris puer planctu matris inquiritur : ita hic ad inceſtum

a *Sacra vero Cereris Eleuſinæ* . Ad cap. XVIII. diximus, quæ Cereri, & Baccho erant communia, nunc de Sacris, quæ in ejus memoriam celebrabantur, quibus *Eleuſinia* nomen erat ab Eleuſi urbe in Græcia proprie dicta , ſive in Hellade , prope Megaram , ubi Cereris Fanum erat longe lateque celeberrimum, ipſa Urbs Cereri dicata fuerat. In ea Sacra iſta fiebant excluſis profanis . Eadem Athenis quoque magno concurſu , & celebritate , ubi Matronæ in curribus per Jocum ſibi mutuo , & libere conviciari ſolebant , ut inde ortum ſit proverbium *de Plauſtro loqui* , id eſt, libere unumquemque reprehendere . Hæc Sacra , alia magna , alia parva dicebantur , nec poterat aliquis ad ſecunda admitti niſi in primis fuiſſet initiatus , & porcam noctu obtuliſſet myrtea corona redimitus, ea conditiones , ut veſtem , qua tunc erat veſtitus numquam deponeret, niſi quum detrita , & lacera Cereri,

ſtum patrui matrimonium rapta Proſerpina *b*: quam quia facibus ex Aetnæ vertice accenſis quæſiſſe in Sicilia Ceres dicitur: iccirco ſacra ejus ardentium tedarum jactatione celebrantur. Apud Lampſacum *c* litabilis victima eſt aſellus *d*.

Cujus

---

ri, ac Proſerpinæ offerret. Novem dierum ſpatio duraſſe inquit Meurſius ad Arnob. l. v., quem conſule ſi plura cupis.

b *Proſerpina*. Jovis, & Cereris filia, quam quum Parentes denegaſſent Plutoni patruo, qui eam in conjugium ſibi dari efflagitaverat, is eam rapuit dum flores cum Venere, Minerva, ac Diana legebat circa Ætnæ Montis cacumen, per cujus voraginem ad Tartareum ſolium eam deduxit. Ceres mater ejus illam poſtquam per diem integrum quæſierat, accenſis in igne Ætneo duabus pinis, utitur eis pro lampade:

Hinc Cereri Sacris nunc quoque teda datur.

ut habet Ovidius in Faſtis l. IV., in quo & fabulam, & Sacra Eleuſinia, & etiam quæ Romæ in honorem Cereris fiebant, eleganter deſcribit de more.

c *Apud Lampſacum*. In Cherſoneſo, quam Traciæ vocant, ut ſupra diximus, Lampſacus Urbs eſt una ex tribus illis, quas Perſarum Rex Temiſtocli donavit, unde vinum ſumeret.

d *Priapo litabilis victima Aſellus*. Bon. *litabis*, Al. *lætabilis* Gronovio *habilis*. De hac Fabula iiſque Sacris idem Lactantius Ovidium dat Authorem, quem conſule l. I. Faſtorum a v. 423, ubi pro Veſta Lotidem Nympham reperies quamvis l. VI. v. 335. idem dicat de Veſta; in quorum primo loco dicitur:

Morte

Morte dedit pœnas author clamoris, & hinc eſt
Helleſpontiaco victima grata Deo.

qui vocatur

. . . *Ruber hortorum deus, & tutela;*

in VI. autem ubi appellatur

. . . *Ruber hortorum cuſtos.*

ſic dicitur:

Lampſacus hoc animal ſolita eſt mactare Priapo;
Apta Aſini flammis indicis exta damus.

25.

Cujus ſacrificii ratio in Faſtis hæc redditur; quum dii omnes ad feſtum Matris magnæ conveniſſent, epuliſque ſatiati, noctem luſibus ducerent; quieviſſe humi Veſtam, ſomnumque cepiſſe: ibi Priapum ſomno ejus, ac pudicitiæ inſidiatum: ſed illam intempeſtivo clamore aſelli, quo Silenus vehebatur [a], excitatam: libidinem vero inſidiatoris eſſe deceptam [b];

Hac

a *Silenus vehebatur.* De eo vide diſſ. xxvii, cap. v. §. xix.

b *Eſſe deceptam.* Al. *detectam*; ſed melior noſtra lectio eſt; nam *decipere* proprie idem valet, ac *deludere*.

Digitized by Google

26.

Hac de cauſa Lampſacenos aſellum Priapo, quaſi in ultionem, mactare conſ eviſſe: apud Romanos vero eundem Veſtalibus ſacris in honorem pudicitiæ conſervatæ panibus coronari [a].

a *Panibus coronari*: Is. Caſaubonus apud Gallæum refert: hujuſmodi panes variis eſſe fictos figuris, & coronæ ſpeciem repreſentaſſe. Ovidius in Faſtis l.vi. de Aſello.

Quem tu diva Memor de pane monilibus ornas;
Ceſſat opus: vacua conticuere molæ.

Nam feriare Molitores, Piſtoreſque ea die debebant.

27.

Quid turpius? quid flagitioſius, quam ſi Veſta beneficio aſini virgo eſt? At poeta fabulam finxit.

28.

Num ergo illud eſt verius, quod referunt, qui φαινόμενα [a] conſcripſerunt? quum de duabus

a *Φαινόμενα conſcripſerunt*. Phænomenon proprie id, quod noviter apparet ſignificat; præcipue tamen a quibuſdam vox iſta uſurpata eſt pro Cæleſtibus ſignis ſibi invicem in hemiſphærio ſuccedentibus; quam.

bus cancri ſtellis [b] loquuntur, quas Græci ὄνους vocant, aſellos fuiſſe, qui Liberum patrem tranſvexerint, quum amnem tranſire non poſſet: quorum alteri hoc præmium dederit, ut humana voce loqueretur: itaque inter eum, Priapumque ortum eſſe certamen de

quamvis hodie nihil frequentius apud Phyſicos, Chimicos, Medicos, quam Phænomeni vocabulum audiatur ad ea, quæ nec ipſi intelligunt explicanda, ut a qualitatibus Peripateticorum, ſub nominis umbra ſe tueantur, videanturque cum Carteſianis, ac Nevvthonianis abhorrere. Expecto ut Muliones, Salarii, aliique id generis homines vocabulum iſtud uſurpent.

b *Quum de duabus Cancri ſtellis.* Hyginus in Poet. Aſtron. c. XXIII. ait in ejus deformationis parte ſunt quidam qui Aſini appellantur, a Libero in teſta Cancri duabus ſtellis figurati; liber enim a Junone furore objecto, dicitur mente captus fugiſſe per Theſprotiam, cogitans ad Jovis Dodonæi templum pervenire unde peteret reſponſum, quo facilius ad priſtinum, ſtatum mentis perveniret: ſed quum veniſſet ad quandam paludem magnam, quam tranſire non poſſet, e duabus Aſellis, obviis factis, unum prehendit, & ita ab eo eſt tranſuectus, ut omnino aquam non tetigerit. Itaque quum veniſſet ad Templum Jovis Dodonæi, ſtatim dicitur furore liberatus, & Aſellis gratiam retuliſſe, & inter aſtra eos collocaſſe. Confer. Arat. p. 113. edit. Lond. Eratoſth. c. ii. Sch. Germ. Ibidem. Ii enim ſunt, qui de Phænomenis ſcripſerunt:

De

de obſceni [c] magnitudine : Priapum victum, & iterum intereniiſſe victorem [d].

c *De obſcæni*. Al: *De membri obſceni*, ſed additum gloſſama eſt.

d *Et iterum interemiſſe victorem*. Al. *iratum*. Etſi non conſtaſſet, ut de facto conſtare vidimus ex Ovidii Carmine, Aſellum à Priapo prius fuiſſe occiſum. *Morte dedit pænas*; Al. ablata copula legunt : *elatum*, nempe Aſellum ob victoriam de Priapo relatam. Fortaſſe non male.

29.

Hoc vero multo magis ineptum eſt, ſed poetis licet quicquid velint. Non excutio tam deforme myſterium, nec Priapum denudo [a], ne appareat riſu dignum. Finxerunt hæc ſane poetæ : ſed neceſſe eſt, alicujus majoris turpitudinis tegendæ gratia ficta ſint.

a Vide diſſ. xxvii. cap. v. §. xviii.

30.

Quæ ſit [a] ergo quæramus. At ea profecto manifeſta eſt. Nam ſicut Lunæ taurus [b] macta-

a *Quæ ſit* Al. *quæ ſint*. male ; ſequitur enim *manifeſta eſt*.

b *Lunæ taurus mactatur*. Taurum Dianæ mactare ſo-

ctatur, quia ſimiliter habet cornua, &

Placat equo Perſis c radiis Hyperiona cinctum,

Ne detur celeri victima tarda Deo:

Ita in hoc, quia magnitudo membri virilis enormis eſt, non potuit ei monſtro aptior victima reperiri, quam quæ ipſum, cui mactatur, poſſit imitari.

ſolitos Ethnicos fuiſſe numquam me legiſſe memini, ſed vide diſſ. xxvii. cap. vii.

c *Et Placat equo Perſis*. Phæbo enim, qui junctis ad Currum equis celerrimum curſum peragere Perſæ authumabant, Equorum Sacrificia, tamquam gratiſſima, peragebant.

31.

Apud Lindum, quod eſt oppidum Rhodi, Herculis ſacra ſunt, quorum a cæteris longe diverſus eſt ritus, ſiquidem εὐφημία [a] (ut Græci appellant) ſed maledictis, & execratio-

---

a *Siquidem εὐφημία*. *Euphemia* latinis characteribus ſcribitur in noſtro Cod., & proprie laudes, & verba honorifica, quæ in Sacris dicebant, & canebant Ethnici juxta ea quæ habet Ovidius Faſt. 1. v. 72.

Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.

Rhodus autem opulenta olim Inſula, Doridis, ac Lyciæ litoribus objacens, in qua Lindus, hodie, Lindo, Urbs eſt, ex quo oriundus fuit Cleobulus, qui unus eſt ex ſeptem Græciæ ſapientibus.

Male.

tione, celebrantur : eaque pro violatis habent, ſi quando inter ſolemnes ritus vel imprudenti alicui exciderit bonum verbum *d*.

b *Maledictis*, *&* *execratione*. Idem diximus in Sacris Cereris Eleuſinæ agitatum a Matronis, quæ curribus invicem obviabant, ſed ratione diverſa: nam ut Diodorus narrat l. VI. c. 2. turpiloquio invicem uti conſuevere in Cerealibus, *ut Deæ Dolor ex filiæ raptu conceptus, riſu & verborum ſcurrilitate mitigaretur*. In iſtis vero ex animo Herculi maledicta dicebantur.

c *Imprudenti alicui* Al. impudenti *male*.

d *Exciderit bonum verbum*. Virg. l. 11. æn. v. 658.

Tantumque nefas patrio excidit ore.

32.

Cujus rei hæc ratio redditur, ſi tamen ulla eſſe in rebus vaniſſimis poteſt.

33.

Hercules, cum eo delatus eſſet, famemque pateretur : aratorem quendam aſpexit operantem *a*, ab eoque petere cæpit, ut ſibi unum

a *Aratorem quemdam conſpexit operantem*. Etſi opus pro Agri cultura eleganter ſumatur juxta illud Tibulli l. 1. El. x. v. 8.

Et durum terræ Ruſticus urget opus.

tamen inquit Bunem. hoc ſenſu rarius verbum *operari*

unum bovem venderet. Enim vero ille negavit fieri poſſe, quod ſpes ſua omnis colendæ terræ duobus illis juvencis [b] niteretur.

ri uſurpatur; ſed Plinio uſitatum. l. 11. c. 10. *Adoleſcentiores ad opera exeunt, & ſupradicta convehunt. Seniores domi operantur*. &c. & alibi ſæpe.

b *Duobus illis juvencis* Al. *jumentis*, quod quum non placeret Fulvio Urſino, nec veram aliunde haberet lectionem, ait: videtur legendum: *quia ſpes ſua omnis Bobus illis niteretur: nam illud JUMENTIS ab expoſitoribus additum videtur*. Rocca nobiſcum legit; nec meliores diſcrepant.

34.

Hercules ſolita violentia uſus, quia unum accipere non potuit, utrumque ſuſtulit. At ille infelix, quum boves ſuos mactari videret, injuriam ſuam maledictis ultus eſt.

35.

Quod homini eleganti, & urbano [a] gratiſſimum fuit. Nam dum comitibus ſuis epulas apparat, dumque alienos boves devorat: illum ſibi amariſſime convitiantem, cum riſu, & cachinnis audiebat.

Y Sed

a *Homini eleganti, & Urbano.* Ironice dicta de homine intemperanti, atque impudenti, qualis erat Hercules.

Quum

36.

Sed poſtquam Herculi divinos honores ob admirationem virtutis deferri placuit: a civibus ei ara poſita eſt, quam de facto Buzygon nominavit [a]: ad quam duo juncti boves immolarentur, ſicut illi, quos abſtulerat aratori: eumque ipſum ſibi conſtituit ſacerdotem, ac præcepit, ut iiſdem maledictis ſemper in celebrandis ſacrificiis uteretur, quod negaret, ſe unquam epulatum eſſe jucundius [b].

---

a *Quam de facto Buzygon nominavit*. Sic latinis litteris, ut in cod. Bon. ſcribo pro *Bizicon*, quod alii habent, nam Græce Βούζυγον dicitur.

b *Quod negaret, ſe umquam epulatum eſſe jucundius* Sic Cic. l. 4. Tuſcul. quæſt., *negavit umquam, ſe bibiſſe jucundius*.

37.

Hæc jam non ſacra ſunt, ſed ſacrilegia, in quibus id ſanctum ducitur, quod in aliis ſi fiat, etiam ſeveriſſime vindicatur.

38.

Ipſius autem Cretici Jovis ſacra quid aliud quam quomodo ſit aut ſubtractus patri, aut nutritus,

tritus, oſtendunt? Capella eſt Amaltheæ nymphæ [a],

. . . . . Illa [b] putatur *
N trix eſſe Jovis, ſi vere Juppiter infans
Ubera Cretææ mulſit fidiſſima capræ:
Sidere, quæ claro gratum teſtatur alumnum.

---

a *Capella eſt Amaltheæ Nimphæ.* Aliqui ſtatim addunt. *Quæ uberibus aluit Infantem, de quo Cæſar Germ. in Arateo carmine ſic ait*: ſed ut gloſſema reiciendum, quod etiam in ſuo codice Rocca notaverat. De hac fabula vide diſſ. XXVII. cap. V. §. XXI.

b *Illa putatur*. Ugo Grotius in ſua German. editione Aratei Carminis, a Germanico Cæſare in latinum converſi, legit *una putatur*. De Cæſare Germanico, ac de ejus Scholiaſte diximus ad cap. XI. heic de Arato dicamus. Hic Poeta, & Aſtronomus fuit, natione Græcus, Patria Solenſis ex Cilicia, de quo Ovidius Amor. I. Eleg. XV. v. 16.

Cum Sole, & Luna ſemper Aratus erit.

& Pauſanias ait: Antigono, Macedonum Regi, Antagoras Rhodius, & Aratus Solenſis, familiares fuere: plurima ſcripſit vincta numeris oratione, inter quæ Poema, quod non ſolum Germanicus Cæſar; ſed etiam Cicero hexametris latinis, adhuc adoleſcens, tranſtulit e Græcis, & inter ejus fragmenta editum legitur.

* Cæſar Germ. Arati Carm.

39.

Hujus capellæ corio uſum eſſe pro ſcuto Jo-

Jovem contra Titanas dimicantem, Muſæus autor eſt [a], unde a poetis Αἰγίοχος nominatur [b].

a *Muſæus author eſt*. Vide, quæ de eo a nobis dicta ſunt diſſ. XL. cap. XXII. §. XXIV.

b *Unde a Poetis αἰγίοχος nominatur*. Aegiochus; dicitur Juppiter, id eſt ferens ſcutum; Iſque infans, à Capra vectus, in nummo expreſſus, exhibetur a Spanhenio ad Callim. v. 49.. Homer. Orpheus, & Pindarus ſic eum ſæpe appellant.

40.

Ita quicquid eſt geſtum in abſcondendo puero, id ipſum per imaginem geritur in ſacris, ſed & matris ejus myſterium idem continet, quod Ovidius * exponit in Faſtis:

Ardua jamdudum reſonat tinnitibus Ide,
Tutus ut infanti vagiat ore puer.
Pars clypeos ſudibus, galeas pars tundit inanes.
Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.
Res latuit, priſcique manent imitamina facti:
Aera deæ comites, raucaque terga movent.
Cymbala pro galeis, pro ſcutis tympana pulſant:
Tibia dat Phrygios, ut dedit ante, modos.

Hanc

* Ovid. in Faſt. l. IV. v. 207.

Sal-

41.

Hanc totam opinionem, quaſi a poetis fictam Salluſtius reſpuit a voluitque ingenioſe interpretari, cur altores Jovis dicantur Curetes fuiſſe, & ſic ait: *Quia principes, divina intelligendi fuerunt, vetuſtatem, ut cætera, in majus * componentes, altores Jovis celebraviſſe* b.

---

a *Salluſtius reſpuit*. De eo vide diſſ.XL.cap,XXII ſ.XXXIV.

b *Quia Principes, Divina intelligendi fuerunt, vetuſtatem, ut cætera in majus componentes* &c. Sic ex noſtro Codice Bon. luxata, ac depravata verba reſtituimus. Fulvius Urſinus. *Vetuſtatem, & cætera in majus componentem, eos altores Jovi celebraviſſe &c. Jovi autem pro Jovis poſitum eſt*, ut ſenſus eſſet; ideo Antiquos celebraviſſe altores Jovis, quia Principes divina intelligendi fuerunt, componentes vetuſtatem eorum in majus, ut in cæteris, quæ de eis narrantur, fieri ſolet. Mirum quam longe in hac expoſitione ab aliis diſtamus, ſed cuique ſuam relinquimus, & noſtram volentibus exhibemus *in majus* habet idem Salluſt. de Bello Jugurtino, & Claud. in Panegirico.

Licet omnia vates
In majus celebrata ferant.

Id eſt exaggerent, & majora faciant.

* Salluſtius in deperditis.

42.

Quantum erraverit homo eruditus, jam

res ipſa declarat : ſi enim princeps eſt Jupiter & deorum, & religionum: ſi ante illum dii nulli colebantur vulgo , quia nondum nati fuerant , qui coluntur : apparet , Curetes ex diverſo principes fuiſſe, divina non intelligendi , per quos error omnis inductus eſt , & Dei veri memoria ſublata .

43.

Ex ipſis itaque myſteriis , & cærimoniis intelligere debuerunt , hominibus ſe mortuis ſupplicare .

44.

Non igitur exigo , ut aliquis poetarum fictionibus credat , qui hos mentiri putat , Pontificum ipſorum ſcripta conſideret [a] , & quic-

a *Pontificum ipſorum ſcripta conſideret*: Ad quæ ſæpe etiam S.Juſtinus M. Athenagoras, & Tertull.Ethnicos provocant, & merito ; iis enim cura erat annalium Sacrorum conſcribendorum , atque cuſtodiendorum demandata , uſque a Numæ temporibus , qui etiam Pontificem Max.creavit teſte Sex.Aurel.Vict. de Vir.Ill. c.III. ut infra ad c.XXII. dicemus;etſi poſt Auguſtum, munus hocce omnes Imperatores ſibi proprium honoris cauſſa feciſſent . Ii habere debebant Juris divini ſcientiam,vel per ſe ipſos, vel per amicos,& inferiores Pontifices,adminiſtrandam; alias notabantur gravi cenſura ab omni populo, ſicuti contigit Vitellio, qui Maximum

Google

quicquid eſt literarum ad ſacra pertinentium revoluat : plura fortaſſe , quam nos afferimus , inveniet : ex quibus intelligat , inania, inepta , commentitia eſſe omnia , quæ pro ſanctis habentur .

mum Pontificatum adeptus , omnium humanarum , divinarumque legum , inſcius, pari Libertorum, amicorumque ſocordia , numquam in iis bene inſtitutus , inter alia ejus facinora , illud, ut ait Tacit. Hiſt. l. III. c. 91. *infauſti ominis loco acceptum eſt quod ...... de cæremoniis publicis xv. Kal. Auguſti edixiſſet ; antiquitus infauſto die , Cremerenſi , Allienſique cladibus* . Notandum heic , errare Varronem, alioſque omnes , qui volunt Pontifices dictos eſſe a Ponte Sublicio , quem ipſi primum conſtruxere , & ſæpe poſtmodum reſtaurarunt ; nam hoc contigit XL. annos poſtea quam Numa Pontificem M. conſtituerat, & longe Numam præceſſerunt Pontifices Hebræorum , Rectius ergo Q. Scævola a *poſſe* , & *facere* deducit ; Quaſi Pontifex is ſit , penes quem ſumma poteſtas , Unde Lucan l. I.

Pontifices Sacri , quibus eſt permiſſa poteſtas .

45.

Si quis autem percepta ſapientia depoſuerit errorem ; profecto ridebit ineptias hominum pene dementium : illos dico , qui vel inhoneſto ſaltatu tripudiant [a] , vel qui nudi un-

a *Inhoneſto ſaltatu tripudiant* . Iſæus heic . *Salios innuit* , *Martis Sacerdotes* quod exſcripſit Bunem., & Gal-

unĉti, coronati, perſonati, aut luto obliti currunt.

Gallæus auxit, ſed Langlet verſibus Virgilianis ex l. viii. æn. *663*. contentus fuit:

Hic exultantes Salios, nudoſque Lupercos;
Lagineroſque apices, & lapſa ancilia Cælo;

ubi notandum erat, quod, teſte Servio ibidem, Salii non Martis ſolum, aut Quirini Sacerdotes erant; ſed ſpeciali Jovis tutela gaudebant.

46.

Quid de ſcutis jam vetuſtate putridis a dicam? quæ quum portant, deos ipſos ſe geſtare humeris ſuis arbitrantur.

Nam

a *Quid de ſcutis jam vetuſtate putridis.* Nam tempore Numæ Pompilii facta fuerant, quum ſcilicet dictum eſſet; cecidiſſe è Cælo breve, ac rotundum quoddam ancile, de quo Aruſpices conſulti dixerunt, illic fore Orbis imperium, ubi illud fuiſſet. Quare Numa arceſſito Mamurio, fabro tunc excellenti, multa illi ſimilia fieri imperavit; ne ab hoſtibus facile poſſet auferri, atque omnia in Templo Martis appendi juſſit, quæ quum in humeris Salii portarent, Deos ipſos ſe geſtare putabant, ut inquit Lactantius, quia quiſque, quod ſibi contigerat, illud è Cælo delapſum eſſe autumabat. Vide Plut. in Numa de iis autem Ethnicorum ritibus, ac ſimilibus vide Ovidium in Faſtis l. IV. a ℣. 293. Livium l. X. & Dionyſ. Halicar. l. VII. & diſſ. XXVII. cap. VIII.

Nam

47.

Nam Furius Bibaculus a inter præcipua pietatis exempla numeratur: qui quum Prætor eſſet, tamen lictoribus præeuntibus ancile portavit, quum haberet magiſtratus beneficio, muneris vacationem.

a *Nam Furius Bibaculus*: In noſtro Cod. Bon. *vivaculus*. De eo videnda diſ. XXVII. cap. VIII.

48.

Non ergo ille Furius, ſed plane furioſus fuit, qui Præturam, hoc miniſterio ſe putavit ornare. Merito igitur, quum hæc a viris non imperitis, ac rudibus fiant, Lucretius exclamat *:

O ſtultas hominum mentes, o pectora cæca!
Qualibus in tenebris vitæ, quantiſque periclis
Degitur hoc ævi, quodcunque eſt.

* Lucret. l. II. ℣. 14.

49.

Quis hæc ludibria non derideat, qui habeat aliquid ſanitatis? quum videat homines, velut mente captos, ea ſerio facere: quæ ſi quis

quis faciat in luſu nimis laſcivus [a] & ineptus eſſe videatur.

a *Nimis laſcivus*. Al. *laſcivius*. Al. *minus laſcivius* Al. *minus ſanus*: Noſtram lectionem adoptavit Thomaſius; perperam tamen putans *laſciviæ* verbum non congruere cum iis, quæ de Bibaculo dixerat Lactantius, quaſi de ſolo libidinis vitio dici poſſit, de quo eum redarguit Iſæus, aliique poſt ipſum. Fulvius Urſinus: ait quum in veteri Cod. ſit: *minus laſcivus*, quidam, aliis libris adducti, exiſtimarunt legendum, *minus ſanus*; ſed nihil mutandum; nam laſcivia hujuſmodi minime ad libidinem pertinet; quo ſenſu Cicero hoc nomen uſurpavit in lib. de finib. *quum*, inquit *bilaritas laſcivia*, *riſus* & lib. de divin. *Achivi ita ab Ilio profecti ſunt*, *ut profectione læti Piſcium laſciviam intuerentur*. Sic Varro dixit in Libro de re ruſtica: *Prætereuntes laſcivi non metuent facem ardentem*. Sic etiam alii uſurpant, quos longum eſſet recenſere: hoc autem præſtitit Bunem:

CAP. XXII.

Seg. 1.

HArum vanitatum, apud Romanos author & conſtitutor Sabinus ille rex [a] fuit, qui maxime animos hominum rudes, atque imperi-

a *Sabinus ille Rex* Scil. Pompilius Pomponis filius, Curibus Sabinorum Oppido, natus, qui quum Romam accitus, addicentibus avibus perveniſſet, ut Populum bello, aſſuetum, freno aliquo regeret, plurima religionis ſacra excogitavit, legeſque nonnullas paulatim tulit, qui-

peritos, novis ſuperſtitionibus implicavit: quod ut faceret aliqua cum authoritate, ſimulavit cum dea Egeria nocturnos ſe habere congreſſus.

quibus, ut vim, poteſtatemque conciliaret, Populo ſatis imperito impoſuit, eas ſe accepiſſe ab Egeria Nympha, cum qua, tamquam cum uxore, nocturnos ſe habere congreſſus ſimulabat. Hunc nec primum fuiſſe, nec ultimum fore, qui hujuſmodi technis plebem naſo, ut ajunt, trahere valuerit, abunde, & fortaſſe liberius, oſtendit Gruterus in diſſert. Livianis. Nec deſunt libere cogitantes, qui Moyſen hujus politicæ artis authorem inſimulent, divina Sacrarum literarum authoritate poſthabita. Adverſus eos diſputavimus diſſ. XXIX; cap. I. §. VII.

2.

Erat quædam ſpelunca peropaca in nemore Aricino [a], unde rivus perenni fonte manabat, huc remotis arbitris, ſe inferre conſueverat, ut mentiri poſſet, monitu Deæ conju-

a *In Monte Aricino* Huic monti nomen dedit Ariciæ Oppidum, hodie Romanis: *la Riccia*, quæ in via Appia ad XVI. ab urbe lapidem ſita eſt, prope Arcem Gandulphi. In ejus agro erat nemus Dianæ ſacrum, ibidemque colebatur ſimulacrum illud, quod ex Taurica illuc diximus Iphigeniam aſportaſſe. A Numæ autem temporibus dicebatur Egerium, ab Egeria iſta, quam Numæ conjugem veteres Romani crediderunt.

Dea

conjugis [b] ea ſacra populo ſe tradere, quæ acceptiſſima diis eſſent.

b *Deæ conjugis*: Paganinus Gaudentius in add. Critic. ad cap. XXVIII. tom. 3. Theſ. Juv. *Mire*, inquit, *de Egeria* (*eam vocant*, *&* *uxorem*, *&* *Nympham*, *quaſi Nymphæ poſſint eſſe mortalium conjuges*) ſed mirabilius quod Ethnici hæc nimia ſuperſtitione jactarent, & incredibili pene ſimplicitate ſibi perſuaderent; verum Livius, Ovidius; Aurel. Victor, aliique, eam non uxorem; ſed Numæ conjugem appellant, Egeriam autem dictam eſſe ab *egerendo*, cui prægnantes ſacrificabant, *ut uterum facilius egererent*, ait Feſtus. De ea ab omnibus tam Latinis, quam Græcis ſcriptoribus plura ſcribuntur; ubi de Romanorum ſacris, aut Imperio ſermo eſt.

3.

Videlicet aſtutiam Minois voluit [a] imitari, qui ſe in antrum Jovis recondebat, & ibi diu moratus, leges, tanquam ſibi a Jove traditas

a *Aſtutiam Minois voluit imitari*: Plato Dialogum edidit MINOS inſcriptum, ubi legimus eum novem annis Jovem, ut ſophiſtam audiviſſe, imo & Jovis filium ex Europa, eum appellat Hyginus Fab. XLI; quamvis nonnulli affirment patrem ſuum fuiſſe Xantem Cretenſium Regem, cui in Regno ſucceſſit, Ariſtoteles lib. 1. Politicorum narrat, qua arte uſus, Cretenſibus leges dederit primus, & quomodo in Siciliam Dædalum perſequens, prope urbem, quam Camerinam vocant, a Cocali regis filiabus, quum in balneo lavaretur, interfectus ſit, & apud Inferos Animarum ju-

ditas, afferebat: ut homines ad parendum non modo imperio, ſed etiam religione conſtringeret.

judex factus fuerit; unde Virgilius L. vi. æn. ℣. 432.
Quæſitor Minos urnam movet; ille ſilentum
Conciliumque vocat, vitaſque, & crimina diſcit.

4.

Nec difficile ſane fuit perſuadere paſtoribus. Itaque Pontifices *a*, Flamines *b*, Salios,

a *Flamines*. Quaſi *Filamines* a filo lanæ in pilei cacumine ab eis lato. Quidam, ut ſupra notavimus, primam Flaminum inſtitutionem ad Romolum referunt, Livio tamen reclamamente, & Sexto Aur. Vict. ubi ſupra. Anna Tanaquilli mavult Flamines dictos eſſe a filo, quo caput cingebant, vel a FLAMMEO, quod eſt genus quoddam tegminis, quo caput tegebant. At puto hanc ſignorum diſſertiam, etiam eorum varietatem deſignaſſe, quum in numiſmatibus, ac in lapidibus hæc tria diſtincta ſigna jam animadverterim. De iis alia diximus ad cap.xx.

b *Salios*. Cap. Superiori notavimus hos fuiſſe Martis, & Romuli Sacerdotes, qui in tutela Jovis erant. Eos a ſaliendo dictos putat Machanæus ex nominis etymologia, additque: *Noſter autem Martinus Salius ad verum Chriſtum Salit*. At Feſtus, *quamvis*, inquit dubitari non debeat eos a Saliendo, & ſaltando eſſe dictos: *tamen Palemon, ait, Arcada quamdam fuiſſe nomine Salium, quem Aeneas a Mintinea in Italiam dedu-*

lios [c] , Augures [d] creavit , deos per familias deſcripſit [e] : ſic novi populi feroces animos mitigavit , & ad ſtudia pacis a rebus bellicis avocavit . Sed quum alios falleret , ſeipſum tamen non fefellit .

Nam

deduxerit, qui Juvenes Italos Ἐνόπλιον *ſaltationem docuerit . At Critolaus , Saonem qui ex Samothracia cum Ænea Deos penates Lavinium tranſtulit , ſaliare genus, ait, inſtituiſſe, a quo Salios appellatos, quibus per omnes dies , ubicumque manent , quia amplæ ponuntur Cænæ , ſi quæ aliæ magnæ ſunt , ſaliares appellantur .* Erant & Saliæ virgines, quas ex Cincio idem Feſtus dicit Puellas fuiſſe conducticias , quæ ad Salios adhiberentur, eaſque Ælius Stilo ſcripſit ſacrificium facere in Regia cum Pontifice paludatas, cum apicibus in modum Saliorum . Schottus ad ſuum Victorem cap. III. eos dicit fuiſſe Herculis Sacerdotes ex æn. l. VIII. ℣. 185.

Tum Salii ad cantus incenſa altaria circum
Populeis adſunt revincti tempora ramis .

Sed ſcias ideo Herculis Sacerdotes dici , quia Chaldæi Martis ſtellam , Herculem dicunt , ex Varrone Servius ibidem , ubi & alia quære ſi lubet .

d *Augures :* Ii dicebantur, qui Avium cantum , volatum , ſeu quicquid ab illis fieri contigerat , obſervabant , ut inde futura conjicerent ſive ad publica , ſive ad privata negotia incohanda , peragenda , ſeu terminanda . De Augurum Collegio Romæ inſtituto jam ſupra diximus ; in eo nullus admittebatur , niſi vel generis nobilitas , vel rerum geſtarum excellentia , vel ſumma doctrina , atque experientia cum jam cla-

clarum reddidiſſet; & mortuo Germanico, qui Imperator, & Augur fuerat, Statutum eſt, ne alius in locum Germanici, niſi Gentis Juliæ crearetur: ut refert Tac. in ann. l. II. cap. 83.

e *Deos per familias deſcripſit*: diu locus iſte intellectum meum torſit; videbatur enim nullus inde ſenſus hiſtoriæ conſonus erui poſſe, & jam adoptare cogitaveram eruditam, atque aptiſſimam ad loci naturam illuſtrandam Dakerii ad Flor. l. I. cap. v. conjecturam, qua monet: *Vide an apud Lactantium legendum ſit*: Et Eos per familias descripsit: relato pronomine eos ad Salios, Augures &c. At ſedulo inſpectis Codicibus, & nulla in eis varietate reperta, ad Epitomen ſtudium meum contuli, ut Lactantius Lactantium ſanaret; & ut optaveram contigit: Nam ibi legitur cap. XXII. *Deos familiis, gentibuſque diſtribuit*: Ubi quum Pfaffius appoſuiſſet particulam copulantem: *& Deos* Daviſius, aliique poſt ipſum, qui Codicem Taurinenſem inſpexerunt, eam ex Mss. fide delendam eſſe jubent. Hinc lectionem retineo, quæ mihi hunc ſenſum reddit; Numam legibus, Sacerdotlbuſque conſtitutis, Deos etiam conſtituiſſe colendos; & ne Populus Romanus, qui tunc conſtabat ex Latinis, Tuſcis, Phrygibus, Arcadibus, Vejentibus, Cæninenſibus, atque Sabinis, in partes, ſtudio Deorum ſuorum ſcinderetur, ita religionibus ſociavit, ut, juxta Gentium illarum mores, earundem diis ſacra inſtituerentur, & ex illarum familiis eligerentur ſuis Diis, ac Deabus Sacerdotes, & miniſtri; unde in nova Civitate frequens illa Deorum, Dearumque turba extemplo erumpens, feroces animos ſuo quiſque ritu compeſcuit.

Cor-

5.

Nam poſt annos plurimos Cornelio,& Bebio Coſs. [a] in agro ſcribæ Petilii [b] ſub Janiculo [c] arcæ duæ lapideæ ſunt repertæ a foſſoribus [d]: quarum in altera corpus Numæ fuit: in altera ſeptem Latini libri de jure Pontificio: item Græci totidem, de diſciplina ſapientiæ ſcripti: quibus religiones non eas modo, quas ipſe inſtituerat, ſed omnes præterea diſſolvit.

Qua

a *Cornelio, & Bebio Coſſ.* Plinium l. XIII. c. XIII. & Goltzii faſtos ſecutus, an V. C. hæc contigiſſe dicendum puto IↃLXXII. nam eo anno P. Cornelius Cethegus, & M. Baebius Pamphilus Coſſ. proceſſerunt; ut habet Panvin. etiam in Faſtis Capitolinis.

b *In agro ſcribæ Petilii*: Scriba Senatus erat tunc temporis Lucius Petilius, quem, utpote familiarem ſuum, Q. Petilius Prætor in decuriam legerat, ut ait Livius l. XL. cap. XXIX.

c *In Janiculo*: Unus eſt ex ſeptem Romanis collibus, nunc *Mons aureus* dicitur cæteris eminentior, non ſitu ſolummodo, verum etiam S. Petri Apoſtolorum Principis Martyrio longe, lateque celeberrimus. Vide diſſ. XXX. cap. II. §. VIII.

d *Arcæ duæ lapideæ*: Dum cultores agri altius moliuntur terram, inquit Livius, ubi ſupra, duæ lapideæ arcæ octonos ferme pedes longæ, quaternos latæ, inventæ ſunt operculis plumbo devinctis. Literis latinis, Græciſque utraque arca inſcripta erat; in altera Numam Pompilium, Pomponis filium, Regem Romanorum ſepultum eſſe, in altera, libros Numæ Pompilii ineſſe.... quæ titulum ſepulti Regis habuerat inanis inventa, ſine ullo veſtigio corporis humani,

ni, aut ullius rei, per tabem tot annorum omnibus abſumptis; in altera duo Faſces candelis involuti ſeptenos habuere libros, non integra modo, ſed recentiſſima ſpecie; ſeptem latini *de jure Pontificio* erant; ſeptem Græci de diſciplina Sapientiæ &c.

6.

Qua re ad Senatum delata, decretum eſt, ut hi libri abolerentur: ita eos Qu. Petilius Prætor Urbanus in [a] concione populi concremavit [b]: inſipienter id quidem. Quid enim profuit, libros eſſe combuſtos?

Z Quum

a *Petilius Prætor Urbanus*: Sic in noſtro Cod. Non enim unus ſolummodo erat Romæ Prætor, ſed alter Urbanus, qui jus in urbe civibus diceret, alter vero qui peregrinis idem præſtaret; immo capta Sardinia, aliiſque Provinciis, totidem Prætores, quot Provinciæ in ditionem P. R. venerant, creati ſunt, partim qui Urbanis rebus, partim qui Provincialibus præeſſent: ut tradidit Victorinus.

b *In concione Popoli concremavit*. Lectis rerum ſummis, inquit Livius de Q. Petilio loquens, quum animadvertiſſet pleraque diſſolvendarum religionum eſſe, L. Petilio dixit, ſeſe eos libros in ignem conjecturum; &c. quod dei de authoritate Patrum factum eſſe, Livius proſequitur, eoſque Libros ſcriptus fuiſſe a quodam Terentio addit Sextus Aurel. Vict. lib. 1 1 1. de *V. Ill.* ubi notat Anna Tanaq. ſeptem latinos libros tantum combuſtos: ſeptem Græcos magna cura aſſervatos: quippe de diſciplina tantum ſapientiæ tractabant. Sed mulier bona erravit; nam Val. Max. l. 1. c. 1. *ait: Libros Græcos, qui aliqua ex parte ad ſolvendam religionem pertinere exiſtimabantur, L. Petilius Prætor Urbanus* (*pro Qu. poſuit L.*) *ex authoritate Senatus per victima-*

Quum hoc ipſum, quod ſunt ideo combuſti, quia religionibus derogabant, memoriæ ſit traditum?

marios igne facto, in conſpectu Populi cremavit, & Livius de omnibus indiſcriminatim videtur intelligendus. Conſule, ſi lubet, Marcellum Donatum, alioſque Livii Scholiaſtes, & Plin. l. XIII. cap. 13. qui ex Caſſii Heminæ, antiquiſſimi annalium Scriptoris, hiſtoria, rem narrat a Liviana narratione non alienam.

7.

Nemo ergo tunc in Senatu non ſtultiſſimus. Potuerunt enim & libri aboleri, & res tamen in memoriam non exire.

8.

Ita dum volunt etiam poſteris approbare, quanta pietate defenderint religiones; autoritatem religionum ipſarum, teſtando minuerunt.

9.

Sed ut Pompilius apud Romanos inſtitutor ineptarum religionum fuit, ſic ante Pompilium Faunus in Latio: [a] quia & Saturno

a *Faunus in Latio*; Regem Italiæ tertio loco poſt Saturnum fuiſſe, omnes, qui de Origine Romanæ, aut Italæ Gentis loquuntur, diſertiſſime tradunt, & Varro de l. l. lib. III. a Fando dictum voluit, unde Sex. Aur. Vict. de Org. G. R. c. IV. cauſſam reddens ait: *Quod Is ſolet futura præcinere verſibus, quos Saturnios dicimus, quod genus metri in vaticinatione Saturnia primum proditum eſt*, Calpurnius hinc eum canentem inducit Eleg. 1. ad Nemeſ. a ℣. 33.

Quis

no avo nefaria ſacra conſtituit [b] & Picum patrem inter deos honoravit, [c] & ſororem ſuam Sentam, jam Faunam,[d] eamque coniugem, conſecravit, quam Gabius Baſſus [e] Fatuam nominatam tradit, quod mulieribus fata canere conſueviſſet: ut Faunus viris.

Z 2 Ean-

Qui juga, qui Sylvas tueor ſatus æthere Faunus
Hæc populis ventura cano; juvat arbore ſacra
Læta patefactis incidere carmina fugis.

b *Saturno avo nefaria ſacra conſtituit*, De quibus cap. præcedenti diximus, & Tertull. in Apol., aliique de Eth. Sacr. agentes, luculenter ſcripſerunt.

c *Picum Patrem inter Deos honoravit*. En ratio quare Saturnum Fauni Avum dixit, quia ſcl. ut Virg. habet æn. l. VII. ℣. 48.

. . . . . *Fauno Picus Pater, Iſque parentem*
Te Saturne refert. Tu ſanguinis ultimus Author.

& ℣. 171.

Urbe fuit ſumma, Laurentis regia Pici
Horrendum Sylvis, & relligione Parentum

Inter quorum effigies fuiſſe dicuntur

. . . . *Italuſque, Paterque Sabinus,*
Vitiſator, curvam ſervans ſub imagine falcem,
Saturnuſque Senex, Janique bifrontis imago.

Picum deinde deſcribens ait:

Ipſo quirinali lituo parvaque ſedebat
Succinctus trabea, levaque ancile tenebat,
Picus equum domitor, quam capta cupidine conjux
Aurea percuſſum virga, verſumque venenis
Fecit avem Circe. Vide diſſ. II. ſ. XVIII.

d *Sentam, jam Fatuam* Al. *Fentejam Fatuam Feunam* Al. *Fentem* Al. *Fanuam &c.* Nos primi ſic ex Codice noſtro antiquiſſimo reſtituimus genuinam lectionem, quam partim Sypontino, partim Mss. Codd.

de-

debemus, ubi *Sentam* expreſſe legimus, & Perottus in cornuc. Col. mihi 511. vide diſſ.xxvii. c.v. §.iv.

e *Gabius Baſſus*. Al. *C. Baſſus*. Vide diſſ.XL. cap. xxii. §. viii.

10.

Eandem Varro ſcribit tantæ pudicitiæ fuiſſe, ut nemo eam, quoad vixerit, præter virum ſuum, mas viderit, nec nomen ejus audierit.

11.

Iccirco illi mulieres in operto [a] ſacrificant, & Bonam deam nominant, & Sex: Clodius [b] in eo libro, quem Græce ſcripſit, refert Fauni hanc uxorem fuiſſe: [c] quæ, quia contra morem, decuſque regium clam vini ollam ebi-

a *In operto*. Al. *in aperto* ſed male; nam hæc Sacra Romæ fiebant in loco à viris remoto, quos nefas erat his intereſſe; Ideoque, ut inviolabilis eſſet conſuetudo, vel in ædibus Conſulum, vel Prætoris, vel etiam Pontificis Max. fiebant, ut Plutarchus, Gæſ.; & Livius tradunt apud Cellarium; Et Fulv. Urſ. ait non eſt cur hæc lectio verbis confirmetur; Nam Cicero pluribus locis obiicit Clodio, illum *in Operto*. Bonæ Deæ fuiſſe.

b *Sextus Clodius*. De eo Svetonius iſt lib. de clar. Rhet., & Cicer. l.iv. ad Attic. Epiſt.xv. ait, *ſed vereor, ne lepore te ſuo detineat diutius Rhetor Clodius, & homo pereruditus, ut ajunt, & nunc quidam deditus Græis literis*, ubi aliqui legunt *Prætor Clodius*; ſed optime reſtituit Voſſius *Rhetor Clodius*; numquam enim *Prætor fuit*. Vid. Voſſ. & Fabric. de Hiſt. Græcis.

c *Fauni hanc uxorem fuiſſe*. Jam ſupra Lactantius di-

ebiberat [d], & ebria facta erat, virgis myrteis a viro uſque ad mortem cæſa, poſtea vero quum eum facti ſui pœniteret, & deſiderium ejus ferre non poſſet: divinum illi honorem detuliſſe. Iccirco in ſacris ejus obvolutam vini amphoram poni.

12.

Reliquit ergo poſteris Faunus quoque non parum erroris, quem tamen prudentes quique perſpiciunt.

13.

Nam Lucilius eorum ſtultitiam, qui ſimulachra deos putant eſſe, deridet his verſibus *

Terriculas Lamias,[a] Fauni quas Pompilii que,
Inſtituere Numæ tremitat, hic omnia ponit.

Z 3 Ut

---

dixerat, hanc Conjugem eſſe, & Sororem Fauni; nec obeſt quod Plutarchus eam uxorem dicat Flavii cujuſdam Divinatoris; nam etiam Macrobius diverſa tradit de ea, ut jam ſupra vidimus pluribus nominibus, pluribuſque muneribus donatam.

d *Clam vini ollam ebiberat*. Hanc lectionem, quæ eſt omnium Lact. Librorum, tam Mss., quam editorum, contra Meurſium, qui *obbam* legendum putavit, vindicabat Iſæus; ſed dum ad ollam ſerius attenderet *viri* pro *vini* in ſua editione poſitum perperam eſſe non vidit.

* Lucil. in Fragm.

a *Terriculas Lamias*. Carmina hæc perperam hactenus varie lecta ſunt, & invicem vix duo convenerunt

Ut pueri infantes credunt ſigna omnia abena
Vivere, & eſſe homines: & ſic[b] *iſti omnia ficta*
Vera putant, credunt ſignis cor ineſſe in abenis.
Pergula pictorum. Veri nihil. Omnia ficta.

runt in eodem ſenſu expoſitores illorum. Ego illa ſic reſtituo partim ex antiquiſſimo Taurinenſi Epit. Cod., partim ex Bon., ut ſenſus ſit. Tu tremitas terriculas Lamias, quas Numæ Pompilii, & Fauni inſtituerunt? *Hic* (ille ſcilicet de quo ſupra dixerat) *ponit omnia*, ideſt *pingit*, aut *fingit*, ut Horat. L. IV. Od. VIII. v. 6.
Quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopas.
Hic Saxo, liquidis ille coloribus
Solers nunc hominem ponere, nunc Deum.

b *Sic iſti!* Ita legendum puto. Vide ad c. XXII. Epitomes.

14.

Poeta quidem ſtultos homines infantibus comparavit: at ego multo imprudenriores eſſe dico. Illi enim ſimulachra homines putant eſſe, hi deos. Illos ætas facit putare quod non eſt: hos ſtultitia. Illi utique brevi deſinent falli: horum vanitas durat, & ſemper creſcit.

15.

Sacra Liberi patris [a] primus Orpheus indu-

a *Sacra Liberi Patris.* Arnobius, Auguſtinus, Tertullianus, cæterique cum Latini, tum Græci graviſſimi Scriptores de hujuſmodi ſceleratiſſimis, ac vere

duxit in Græciam [b] primuſque celebravit in monte Bœotiæ Thebis, [c] ubi Liber natus eſt, proximo, qui quum frequenter citharæ cantu perſonaret, Cithæron appellatus eſt.

re nefandis Sacriis loquuntur, & inter Ethnicos ea deſcribunt Valerius Flaccus L. 11. Argonanaut.& Livius, L.xxxix. cap.13. ex confeſſione coram Conſule facta ab Hiſpala, hiſce de Sacris a teneris annis initiata.

b *Orpheus induxit in Græciam.* Vide, quæ ſupra diximus ad cap. v. Seg. 4.

c *In Monte Boetiæ Thebis.* Mons iſte Cithæron appellatus, dicitur à Servio eſſe pars Parnaſſi, quem ideo dividit in Heliconem Apollini, & Muſis Sacrum, & in Cithæronem Baccho dicatum, ubi Trieter ca.& Orphica, ſeu Bacchanalia celebrantur, nec idem eſſe cum monte Pierio Theſſaliæ finitimo, ubi verſatum, ac diſcerptum tradunt Orpheum fuiſſe.

16.

Ea ſacra etiam nunc Orphica nominantur [a].

a *Ea Sacra etiam nuncOrphica nominantur.* Deſcribuntur hæc Sacra nomine Orgiorum ab Ovidio L. iv. Metamorph ſtatim ab initio. & a Virgilio L.iv. æn.v. v.517. Vide diſſ.xxvii. cap. viii.

17.

In quibus ipſe poſtea dilaceratus, & carptus eſt, & fuit per eadem fere tempora, quibus Faunus [a], ſed quis ætate præceſſerit, dubitari poteſt, ſiquidem per eoſdem annos Latinus, Priamuſque regnaverunt, item pa-

 tres

a *Faunus, & Laomedon.* Ille Latini, hic Priami Pater, unde errant, qui pro Faunus, legunt *Picus*, ut bene Iſæus, cæterique poſt ipſum viderunt. *Li-*

tres eorum Faunus, & Laomedon, quo regnante Orpheus cum Argonautis ad Ilienſium litus acceſſit.

18.

Procedamus igitur ulterius, & quæramus, quis omnino colendorum deorum primus autor extitit.

19.

Didymus in libris [a] ἐξηγήσεως πινδαρικῆς ait, Meliſſean Cretenſium regem [b] primum diis ſacrificaſſe, ac ritus novos, ſacrorumque pompas introduxiſſe. Hujus duas fuiſſe filias, Amaltheam, [c] & Meliſſam, quæ Jovem puerum caprino lacte, ac melle nutrierunt, unde poetica illa fabula originem ſumpſit, advolaſſe apes, atque os pueri melle compleſſe. Meliſſam vero a patre primam ſacerdotem Matri magnæ conſtitutam.

Un-

a *Didymus in libris*. Scl. expoſitionis Pyndaricæ ex quo librorum titulo facile colligi poteſt cum Voſſio hunc illum eſſe, cui *Chalcenterus*, id eſt æneis inteſtinis cognomen erat, ex Ammiano Marcel. L.xxii-c.42. & qui floruiſſe dicitur tempore Triumvirorum, & Cæſare dictatore; ut vidit etiam Cellarius. Vide diſſ.XL. cap. 22. ſ. xvii.

b *Meliſſean Cretenſium Regem*. Al. *Meliſſea*.Hygin. fab. xiii. *Parmeniſcus autem* ait, *Meliſſeam quendam fuiſſe Cretæ Regem*. De eo vide diſſ.xxvii. cap.ii. ſ.iii.

c *Amaltheam*, *&* *Meliſſam*. De iis ſupra diximus ad cap. xxi. quamvis pro *Meliſſa* ibi habeatur *Themis*, vel *Thedmidia*, ut Munkerus habet ad Fabulam cxxxxii. a Hygini. Reliqua leguntur diſſ. xxvii. cap. ii. ſ.v.

Hi-

20.

Unde adhuc ejuſdem Matris antiſtites Meliſſæ nuncupantur.

21.

Hiſtoria vero ſacra [a] teſtatur, ipſum Jovem, poſtquam rerum potitus eſt, [b] in tantam inſolentiam veniſſe, ut ipſe ſibi fana multis in locis conſtituerit.

a *Hiſtoria vero Sacra.*Scl. de Diis ab Euhemero deſcripta, & ab Ennio latinè converſa.

b *Poſtquam rerum potitus eſt.*Al. *regnum* Al. poſtquam *imperium capit. Potior potiris* non ablativo dumtaxat, ſed ſecundo, & quarto caſu boni latini conſtruunt. Vide Cicer. Philip. xiii.

22.

Nam quum terras circuiret,ut in quamque regionem venerat, reges, principesve populorum hoſpitio ſibi, & amicitia copulabat, & quum a quoquam digrederetur, jubebat ſibi Fanum creari [a] hoſpitis ſui nomine; quaſi ita poſſet amicitiæ, & fœderis memoria conſervari.

a *Fanum creari.* Quamvis Fanum, Templum, delubrum diverſa ſignificent, uſus tam jam diu apud ſcriptores invaluit,ut ad unam eandem rem ſignificandam uſurpetur; Ne ergo mireris ſi heic Fanum, quod juxta Iſid, in Origin. dictum eſt à Faunis,qui in eis reſponſa dabant, erectum afferatur Jovi. Pro æde enim Sacra Jovi hocce vocabulum eſt adhibitum.

23.

Sic conſtitnta ſunt Templa Jovi Atabyrio

rio [a] Jovi Labyandro. [b] Atabyrius enim, & Labyandrus hoſpites ejus, atque adjutores in bello fuerunt. Item Jovi Labrio [c] Jovi Molioni [d], Jovi Caſio [e], & quæ ſunt in eundem modum, quod ille aſtutiſſime excogitavit, ut & ſibi honorem divinum, & hoſpitibus ſuis in perpetuum nomen acquireret cum religione conjunctum.

---

a *Jovi Atabyrio*. Al. *Ataburio* Al. *Atavirio*. In noſtro Bononienſi (non bene diſtinguitur quomodo ſit legendum, quamvis Iſæus dicat ibi ſe legiſſe *Ataburium*, u pro y more antiquorum. Vide reliqua diſſ. xxvii. cap. iii. *ſ. x.*

b *Jovi Labyandro*. Al. *Labradeo Labrandeo Labiandio*. Jupiter ſic dictus plutarcho, quia Jovis Simulachrum, quod in vico hujus nominis in Caria colitur, in manu habet ſecurim, qua Gyges Candaulem occidit. Securis enim λαβριω Græcis dicitur. Ælianus autem ita dictum putat, quod nimium pluiſſet.

c *Labrio*. Al. *Laprio*.

d *Nnlioni* Al. *Milioni*. Hæc aliis nomina ſunt ignota, utpote quæ antiquiora, & privata non omnibus innotuere.

e *Jovi Caſio*. De eo Lucan. l. VIII. ℣. xv. ante ultimum de ſepult. Pompeii loquens, ibidem ſito ait.

Et Caſio præferre Jovi . . . . . .

ex quo omnes cum unicas. Caſio legunt. Vide ubi ſupr.

24.

Gaudebant ergo illi; & huic imperio ejus libentes obſequebantur, & nominis ſui gratia ritus annuos, & feſta celebrabant.

25.

Simile quiddam in Sicilia fecit Aeneas, quum con-

conditæ urbi, Aceſtæ hoſpitis [a] nomen impoſuit, ut eam poſtmodum lætus, ac libens Aceſtes diligeret, augeret, ornaret.

a *Æneas quum condita Urbi Aceſtæ hoſpitis*. Virgil. æn. I. v. verſ. 718.

Urbem appellabunt promiſſo nomine Aceſtam.

Ubi pro promiſſo Codex Mediceus a Fogginio editus legit *permiſſo*. Et verſ. 757.

. . . . *Gaudet regni Trojanus Aceſtes*.

Ubi ſervius.

Suo nomine enim fuerat urbs appellata.

26.

Hoc modo religionem cultus ſui per orbem terræ Jupiter ſeminavit, & exemplum cæteris ad imitandum dedit.

27.

Sive igitur a Meliſſeo, ſicut Didymus [a] tradidit, colendorum deorum ritus effluxit, ſive ab ipſo quoque Jove, ut Euhemerus: de tempore tamen conſtat, quando dii coli cœperint.

a *Dydimus*. Jam de eo ſupra diximus. Al. *Tò tradidit* non habent, Al. legunt *tradit*.

28.

Meliſſeus quidem multum anteceſſit ætate: quippe qui educaverit Jovem pro nepote [a]. Iccirco fieri poteſt vel ut ante, vel adhuc puero Jove deos colere inſtituerit, [b] id

a *Educaverit Jovem pro nepote*. Al. *Jovem nepotem*, *&* *iccirco* Al. Jovem *pronepotem*. Sed bene noſter Codex *pro nepote*, quia quum filiæ ſuæ Jovem educaſſent, eum loco nepotis habuit.

Deos

id eſt alumni ſui matrem, & aviam Tellurem [c] quæ fuit Urani conjux, & patrem Saturnum: & ipſe hoc exemplo, atque inſtituto Jovem ad tantam ſuperbiam provexerit, ut poſtea ſibi divinos honores auderet aſſumere.

---

b *Deos colere inſtituerit*. Apud Euſeb. in Chron. ad Annum Abrahæ 54. hr. *Apud Cretam regnavit primus Cres indigena, a quo Creta appellata; quem ajunt unum Curetarum fuiſſe, a quibus Jupiter abſconditus eſt, & nutritus. Hi Gnoſſon civitatem in Creta condiderunt, & Cybeles Matris templum*. Non tamen eodem tempore; ſed pluribus tranſactis annis. Nam idem Euſeb. ad an. 471. ait:*Curetes, & Corybantes Gnoſſon condiderunt, qui modulatam, & inter ſe concinentem in armis ſaltationem reperere:*Et quidem tempore Cecropis, qui fuit primus Athenienſium Rex, & qui primus bovem immolans, Jovem appellaſſe dicitur ab eodem Euſebio ad an. 363. ſub Aptera fortaſſe Cretenſium Rege, qui & Saturnus Cretenſis dictus eſt,teſte Morerio t.3.ex Pauſ.

c *Et Aviam Tellurem*,quam *Cybelem* etiam, & *Matrem Deorum* dictam fuiſſe diximus, de qua Servius ad æn. l. iii. ỿ. iii. & ſeq. plurima refert &c.

CAP. XXIII.

Seg. 1.

NUnc quoniam vanarum ſuperſtitionum originem deprehendimus: ſupereſt, ut etiam tempora colligamus, per quæ fuerint illi, quorum memoria colitur.

2.

Theophilus in libro de temporibus ad Auto-

tolycum [a] ſcripto ait, in hiſtoria ſua Thallum dicere, quod Belus, quem Babylonii, & Aſsyrii colunt, antiquior Trojano bello fuiſſe invenitur CCCXXII. annis: Belum autem Saturno æqualem fuiſſe, & utrumque; uno tempore adoleviſſe [b].

a *Theophilus in libro de temporibus ad Autolicum*. De eo vide diſſ. XL. cap. XXIII. §. IV.

b *Belum autem Saturno æqualem fuiſſe, & utrumque unó tempore adoleviſſe*. Vide diſſ. XXII.

3.

Quod adeo verum eſt, ut ratione ipſa colligi poſſit. Nam & Agamemnon, qui geſſit bellum Troicum [a], Jovis abneptos fuit, & Achilles, Aiaxque pronepotes, & Ulyſſes [b] eodem gradu proximus fuit: : Priamus quidem longa ſerie [c]. Sed autores quidam tradunt, Darda-

a *Agamemnon, qui geſſit Bellum Troicum*. Rex erat Mycenarum, Polyſtenis, ſeu Athrei ex Ærope filius, fraterque Menelai, ob cujus uxorem Helenam a Paride raptam, quum contra Trojanos expeditio pararetur. in Aulide omnium Græcorum conſenſu imperator electus cum mille navibus contra Trojam profectus eſt. Eam decennali bello, fraude potius quam vi, tandem expugnavit, atque delevit. Domum victor reverſus ab uxore adultera, cui nomen Clytemneſtra, interfectus eſt ope Ægiſti, cum quo illa conſuetudinem habuerat abſente viro;

b *Jovis abnepos fuit*: Filius ſcilicet Pronepotis Athrei, quem Pelops, Tantali Filius genuerat; Tantalum enim ex Plote Nympha Jupiter ſuſceperat.

c *Achilles, Ajaxque pronepotes, & Ulyſſes*. Achilles

danum, & Jaſium [d] Coriti filios fuiſſe non Jovis. Nec enim, ſi ita fuiſſet, ad uſus impudicos Ganymedem pronepotem ſuum [e] habere potuiſſet.

les enim natus erat Peleo Patre, qui erat Neptuni, Jovis fratris, filius. Ajax autem Talamonis, qui Æaci, quem Jupiter vel ex Europa, ut vult Servius, vel ex Ægina ſuſceperat, filius fuit. Ulyſſes tandem Patrem habuit Lærtem de quo ipſe apud Ovid. l. XIII. metam. v.

Nam mihi Lærtes pater eſt. Arceſius illi,
Juppiter huic &c.

ubi pro *Arceſius* aliqui legunt *Acriſius*.

d *Priamus quidem longa ſerie* ſcil. a ſe deſcendendo per Apollinem, Illum, & Laomedontem; ſeu per Uream, Neptuni filiam, & Apollinis conjugem.

e *Dardanum & Joſium*; Servius ad Virgil. VII. æn. ℣. 207. ait: Jupiter cum Electra Athalantis filia, Corithi regis Italiæ uxore, concubit, ſed ex Jove natus eſt Dardanus, ex Coritho Jaſius &c.

f *Ganimedem pronepotem ſuum*. Cui pater fuit Tros, a quo deinde Trojani dicti ſunt, & Urbs ipſa nomen accepit. De Ganymede autem, qui dictus eſt etiam Catamitus, jam ſupra diximus quomodo per Aquilam Navem raptus a Jove fuerit, ut ipſi eſſet a populis, & inter ſydera collocatus, Aquarii nomen acceperit. Vid. cap. X.

4.

Ita parentibus illorum, quos ſupra nominavi, ſi congruenter annos dividas, numerus conſentit. Ab excidio autem Trojanæ urbis colliguntur anni [a] MCCCCLXX. Ex

a *Ab excidio autem Trojanæ urbis colliguntur anni mille quadringenti ſeptuaginta*. Al. *mille Octingenti ſexaginta*. Sed lectio noſtri Codicis præferenda eſt; nam idem

idem Lactantius cap. VII. Epitom. loquens de occiſione Laomedontis ab Hercule in vindictam denegatæ mercedis perpetrata annis fere xl. anteTrojæ direptionem a Græcis ait: *Ao eo tempore paullo amplius quam ille & quingenti çamputantur ann i*. vide diſſ. XXII.

5.

Ex hac temporum ratione manifeſtum eſt, ante annos non amplius quam M. DCCC.[a] natum eſſe Saturnum, qui ſator omnium Deorum fuit. Non ergo iſti glorientur ſacrorum vetuſtate: quorum & origo, & ratio & tempora deprehenſa ſunt.

a *Ante annos non amplius quam mille octingentos*. An cum ſuperioribus congruet, vide ubi ſupra. Arnobius aliam init. ſupputandi rationem, & ad duo millia annorum ab Jove ad illa uſque tempora intercesſiſſe, ſcribit prope finem l. II. Filium tamen eſt quicquam adverſus hanc chronologiam ab Iſæo eſſe demonſtratum,ſed mere aſſertum exPererio,cujus rationes in eadem diſſertatione ad examen ſunt revocatæ Lactantius autem juxta ſententiam Thalli a Theophilo relatam, heic loqui debebat conſequenter ad ea quæ dixerat ut exacte adimplet.

6.

Reſtant adhuc aliqua, quæ ad arguendas religiones falſas plurimum valent. Sed jam finem facere libro decrevi, ne modum excedat.

7.

Ea enim plenius ſunt exequenda, ut omnibus refutatis, quæ veritati videntur obſtare, homines, qui bonorum ignorantia vagantur incerti, ad Religionem veram poſſimus imbuere. Pri-

8.

Primus autem ſapientiæ gradus ᵃ eſt: falſa intelligere: ſecundus vera cognoſcere.

a *Primus autem ſapientiæ gradus*: hæc etiam habet Lactantius de Ira Dei cap. 11.

9.

Ergo apud quem hæc prima inſtitutio noſtra profecerit, qua falſa deteximus, excitabitur ad veri cognitionem: qua nulla eſt homini jucundior voluptas: & erit jam ſapientia cœleſtis diſciplinæ dignus ᵃ, qui ad cognoſcenda cætera libens, ac paratus acceſſerit.

a *Et erit jam Sapientia Cæleſtis diſciplinæ dignus*. En aliud teſtimonium clariſſimum diſciplinæ Arcani, quam primi Chriſtiani ſumma diligentia ſervabant, ne Sanctum canibus conculcandum præberent, de qua infra, & in diſſ. xxix. latius.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Digitized by Google

Digitized by Google

4-3-4

Digitized by Google